



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Jacobi Usserii Armachani Annales Veteris Et Novi Testamenti

Ussher, James

Lutetiæ Parisiorum, 1673

Index Secundus Geographicus Sive In Annales Usserianos Tabulæ Et  
Observationes Geographicæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14425**

INDEX SECUNDUS GEOGRAPHICUS  
S I V E  
IN ANNALES USSERIANOS  
TABULÆ ET OBSERVATIONES  
GEOGRAPHICÆ.

Authore R. P. F. AUGUSTINO LUBIN, Christianissimi Galliarum  
Regis Geographo ordinario.

*Figuræ numerales paginam, m medium, f finem pagina denotant.*

A.

**A**BÆ locus Arabiæ, ubi Zabdiel Arabs, ut refertur, lib. 1. Machab. cap. 11. vers. 17. Alexandri Balæ Regis Cœlesyriæ & Antiochiæ, ad se confugiens caput abscidit; de eo loco nihil hæcenus Geographi, nec etiam Cl. Ptolemæus, licet teste Stephano Byzantio, de locis Arabiæ accuratissime scripserit; illum exprimit solus Diodorus Sicul. in fine lib. 32. apud Photium in Bibliothecæ codice, 244. pag. 2043. Abas civitatem appellat latinus interpres (quem secutus est Usserius, pag. 359.) civitatis nomen nusquam reperitur in textu Græco, sed tantum *εἰς τὴν ἀβασ* & paucis interjectis *ἐν τῷ ἀβασ, καὶ ὄν τοῦ* in *Abis* apud quem locum, ex quibus verbis non urbem Abas, sed tantum locum, *forſan caſtrum*, cogimur aſſerere.

*Abarim* montes, page 19. & 21. in vulgata editione *Abarim* mons, ſingulari numero, lib. Numerorum, cap. 27. v. 12. & *Abarim* montes numero plurali, eodem Num. lib. cap. 33. vers. 47. qui etiam *Habarim* dicti, in tribu Ruben, quorum excelſior Nebo, ejus verò cacumen Phafga appellabatur, hodie vulgò mons *Piſga*.

*Abarinda* promontorium Lampſaci; urbis Myſiæ in Aſia minori, ad Helleſpontum poſita, pag. 127. *m.* *Abas* fluvius, p. 443. à Ptolemæo Albanus dictus, qui è montibus Albanæ naſcens, verſusque ortum progreſſus totam hanc regionem pertranſiens Caſpium mare ingreditur.

*Abſtani* pag. 204. *f.* Gens libera ſuis ſolummodo ſubjecta legibus, quæ videtur circa Indum fluvium ſita.

*Abdera* urbs Thraciæ, in parte Auſtrali & regione, quæ Rhodope dicta; ad oram Ægæi maris inter oſtia fluviorum Hebræi & Neſſi; cujus fundamenta jecit Timeſius Clazomenius anno mundi 3349. poſtmodum à Teis condita anno mundi 3464. nunc vulgò *Aſperſa* vocatur, ſive ut quibuſdam placet *Polyſtylo* aut *Aſtrizza* in Romania.

*Abderita* civis prælaudatæ urbis Nymphodorus Pyrei filius, pag. 114.

*Abela*, pag. 671. urbs trans Jordanem in Tribu Manafſe, ſeptimo à Philadelphæa milliario, duodecimo

ab urbe quæ Gadara, in Peræa regione (non Ituræa, ut ſcribit Uſſerius) ſic enim Joſephus ab eo citatus, qui eam ibi *Abilam* *ἀβίλας* appellat. Fuit primò Ammonitarum civitas, quam Adrichomius in Tribu Gad collocat; alij in tribu Manafſe.

*Abel-bethmaaca*, p. 36. col. 2. *in medio*. In vulgata editione tertii Regum cap. 15. non 16. ut eſt in Uſſerio, verſu 20. *Abeldomus* Maacha, & ſecundi Paralipom. citati, cap. 16. vers. 4. *Abelmaim*: urbs primum ſub ditione Maacha, in tribu Nephtali, non Manafſe; ſuperioris Galiliæ, in planitie regionis Berim, à Jordane ſexaginta ſtadiis diſtans.

*Abel-shittim* vel *Shittim* tantum pag. 19. & 20. in vulgata editione cap. 33. cit. v. 49. *Abellatim*, & ejuſdem Num. c. 25. v. 1. *Settim*; à ſpinis ſic appellata, quadrageſima ſecunda Manſio filiorum Iſraël, in Campetriſibus Moab, demùm in tribu Ruben.

*Abelis* cives, pagina 31. hinc agitur de incolis urbis *Abel*, quæ à Joſepho Antiquit. lib. 7. cap. 10. p. 241. c. *Abelmachea* vocatur: eadem ſane eſt, quæ ſuprà *Abel-bethmaaca* in vulgata editione, lib. 2. Regum cit. cap. 20. verſu 14. vocatur *Abela* & *Bethmaacha*.

*Abii* Scythæ, p. 86. qui liberi à morte Cyri ſe Alexandro permiferant; ad *Abianum* fluvium ſiti; Ptolemæus Geogr. lib. 6. cap. 15. *Abios* Scythas extra montem Imaum collocat, diverſas hujus nominis Etymologias vide apud Eufſtathium in lib. 13. *Iliados*, v. 6. p. 916. linea 17.

*Abila* urbs Galaaditidis, pag. 28. *m.* eadem quæ ſuprà *Abela*; de ea adhuc pag. 289.

*Abila* ad annum Chriſti 41. quæ etiam *Abila* Lyſanij, ſive *Abyla* dicta, Metropolis *Abilenes* regionis, nunc vulgò *Betines* aut *Bellinas* dicta.

*Abila* Lyſaniæ Tetrarchia ad annum Chriſti 43. eadem quæ

*Abilena*, pag. 466. *m.* & *Abylene* ad ann. Chr. 26. Regio Cœleſyriæ, Antilibano monte à Meridie & Occaſu; Chaleide regione à Septentrione; ab Oriente verò *Abana* fluvio concluſa, quæ ſub Imperatore Tiberio Tetrarchia erat, ab *Abila* Metropoli nomen fortita.

## INDEX GEOGRAPHICVS.

- Abocis**, pag. 586. *m.* urbs Æthiopiæ, quam cum aliis capit P. Petronius, ut Plinius refert lib. 6. cap. 29, hanc Abuncin Ptolemæi esse coniectat Ortelius.
- Abrita** vide infra Arabii.
- Abfarus** fluvius, pag. 439. *m.* quem alii Abforum, Apfarum, necnon Apforum appellant & Apfyrum, qui è montibus intra maiorem minoremque Armeniam fitis enafcens; verfus Aquilonem per Armeno-Calybes & Colchidem decurrens, Pontum Euxinum ingreditur.
- Abfynthii**, pag. 104. *m.* Thraces, incolæ urbis Thraciæ, quæ abfynthus & apfynthus dicta, quæque alio nomine Ænus & Ænum five Poltiobria fuit appellata, ut refert Strabo lib. 7. pag. 221. fita erat ad ostia Hebri fluvii, ut notat Stephanus ad Melanem Ægæi maris finum, hodie *Oeno* vel, ut legit Leunclavius, *Inos* & *Tgnos*.
- Abydus**, pag. 93. *m.* urbs Hellesponti in Asia minori ad mare, è regione Sesti, ubi Xerxes cum exercitu mare super pontem ibidem extructum trajecit, nunc *Aveo* dicta à Turcis *Aidos* vulgo *Avido*.
- Abydenus**, pag. 68. *f.* incola Abydi.
- Abydena** regio, pag. 282. *f.* circa Abydum urbem, in qua regione fita erat Arifba civitas.
- Abylene**, vide supra Abilena.
- Acadera**, pag. 192. regio aut civitas Indiæ.
- Acanthus**, pag. 96. urbs Thraciæ, quam Ptolemæus vicinæ Macedoniae tribuit, nomen à specie spinarum quibus cingebatur adepta, fita erat in Isthmo montis Atho, ad Singeticum finum, nunc vulgo dicitur *Eriffo*.
- Acanthii**, ejuſdem urbis incolæ.
- Acarnania** regio cuius olim populi Curetes dicti pag. 314, quæ ab occafu mari Jonio & finu Ambracio, à quo ab Epito fegregatur; ad Aquilonem populos habens amphilochos; ad ortum Etoliam, à qua fluvio Acheloo ſeparatur; ad Austrum eidem Jonio mari expoſita, nunc vulgo *Carnia* five *Deſpotato* ſeu *Ducato* nominata.
- Acarnan**, pag. 162. *m.* & 285. *f.* Acarnaniæ indigena.
- Accaron**, pag. 357. urbs Philiftæorum regia, proprium habens regem, una ex quinque eorum Satrapiis inter Azotum & Bethfames, inter fines tribus Dan & mare magnum, data in ſortem tribui Juda, hodie adhuc grandis Judæorum vicus, priſcum nomen etiam retinens.
- Ace** vide infra Ptolemæis, pag. 56. & p. 146. Syriæ oppidum, p. 246. Syrophœnicia dicitur.
- Acefines**, pag. 196. *m.* & 197. *m.* fluvius Indiæ etiam Arcefines dictus, qui Hydafpen fluvium excipiens in Indum poſtea fluvium influit verſus ortum,
- Achai**, pag. 403. *m.* 405. & 442. populi ad Pontum Euxinum ſiti, reliquæ (ut quidam putant) eorum, qui à Trojâ revertentes, huc errore delati ſunt, inter Caucaſum montem ad Aquilonem, Cercetas ad occafum, & Heniochos ad Ortum; dicuntur Colchis finitimi.
- Achaorum** portus, pag. 295. *m.* locus maritimus in Hellesponto prope Ilium.
- Achai**, Achaia populi.
- Achaia** regio triplex, prima, quæ cum Theſſalia totam Græciam complectebatur; altera Achaia, quæ Romanorum proconſulatum ſupradictam Achaiam ac etiam Peloponneſum cõtinebat; tertia tãdem Achaia proprie dicta pars Peloponneſi, quæ ſinu Cirræo five Corinthiaco ab Auftro expoſita, inter Patras & Corinthum poſita erat; hujus tantum populi proprie Achai ſunt appellati; quorũ reſpublica maximè floruit.
- Achaica**, quæ ad Achaiam pertinent.
- Achæmenides** Megabates, pag. 92. *m.* ex Achæmenia Perſidis regione oriundus, de Achæmenidis Strabo lib. 15. p. 500. Auſtralem Perſidis partem incoluiſſe videntur.
- Acheruſia** peninſula, pag. 133. *m.* prope Heracleam Ponticam ad Pontum Euxinum, in Maryandenorum regione, de qua Xenophon lib. 6. de expeditione Cyri pag. 374.
- Achilleus** pagus, pag. 73. *m.* ſitus ad Troadis Promontorium Achilleum dictum, ubi erat Achillis monumentum, Sigeo vicinus erat: de eo Strabo lib. 13. p. 413. & 415. urbs appellatur à Stephano Bizantio.
- Achilleum**, pag. 142. & Achillium, p. 136. *m.* Caſtellum, ut aſſertit Stephanus Byzantius in Asia minori, prope Smyrnam Ioniæ urbem.
- Achillis** tumuli, p. 159. *m.* in Achillæo pago, de quo ſupra.
- Achiui**, pag. 236. vide Achai.
- Achneta** in Provincia Medorum, pag. 90. vide infra Ecbatana?
- Achneta**, Vide Ecbatana.
- Aclifena**, p. 438. regio & pars Majoris Armeniæ, minorem Armeniam habens ad occafum, à qua Euphrate fluvio ſeparatur: de ea Strabo in fine lib. 11.
- Acra** ad annum Chriſti 70. mons erat in urbe Hieroſolymitana, quem inter locos filia Sion recenſet Adrichomius.
- Acra** ad annum Chriſti 70. mons erat in urbe Hieroſolymitana, quem inter locos filia Sion recenſet Adrichomius.
- Acra** ad annum Chriſti 70. mons erat in urbe Hieroſolymitana, quem inter locos filia Sion recenſet Adrichomius.
- Acrabattena**, pag. 337. regio Idumææ i. Machab. c. 5. v. 3. in vulgata editione *Arabathane* & in codicib. recentioribus *Acra* *athane*, ſed in textu Græco *Ἀραβῶν*. in ea quoque ejuſdem nominis civitas in Auſtrali parte tribus Juda, prope montes Idumææ: non diverſa ab ea, quæ n. 34. v. 4. aſcenſus Scorpionis appellatur, *Acra* enim Scorpionē ſignificat.
- Acra** *athane* regio ad ann. Chriſti 52. five Toparchia Samaritis contermina, ſic dicta ab *Acra* *athane* urbe, poſitâ in dimidia tribu Manafſe cis Jordanem, inter Tanac & Therſa.
- Acropolis** urbs Iberiæ Aſianæ, pag. 442. quæ à Strabone lib. 11. p. 345. Harmoza vocatur, ad fluvium Cyrum alias Cyrum ſita, ubi Aragus annis in eum influit, & ubi Caucaſi montis anguſtiæ ſunt, ad Cyrum & Aragam appellata.
- Achaia** urbes pag. 115. id eſt Littorales minoris Aſiæ ad mare Ægæum.
- Achiium**, pag. 429. locus Acarnaniæ ad fauces ſinus Ambraciæ *de Larta* dicti ſitus, in territorio Anaſtoricæ, è regione urbis Nicopolis, à qua media tantum leuca diſtabat, nunc ab Italis *capo ſigalo* nominatur. ubi commiſſa celebris pugna ab eo Achiaca nuncupata, in qua Octavius Auguſtus Marcum Antonium & Cleopatram debellavit.
- Adama** urbs, regia olim Pentapoleos in terra Chanaan, una è quatuor, quas Deus cœleſti igne perdidit Gen. 19. in Septentrionali & Orientaliori parte Asphaltidis lacus.
- Adana**, plurali numero pag. 434. *m.* & pag. 524. urbs Ciliciæ ad Pyramum annem ſita, quæ poſtea Archiepiſcopalis & primaria, nunc vulgo *Adena*.
- Adiabene**, pag. 426. *f.* ubi male Abiabene legitur; regio in Aſſyriæ & Meſopotamiæ confinibus; quam Stephanus Byzantius non recte inter Euphratem & Tigrim conclufam refert; in noſtris ad hunc authorem notis aliorum testimoniis probamus, illam ultra Tygrum in Aſſyriam excurriſſe; poſſetque fuiſſe, quæ

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- quæ nunc *le Curdistan* Castaldus asserit esse *le Boran* ab incolis vulgo *Adrinfa*, illam inter Tigrim & Oenam Allyria fluvium comprehensam, dicit Ammianus.
- Adiabeni**, Adiabenes populi pag. 405.
- Adida**, pag. 361. f. & 397. f. in vulg. editione 1. Machab. 12. v. 38. *Adiada in Sephela*, id est in Planicie; eadem est ac Addus civitas in monte sita contra faciem campi, in medio tribus Ephraim.
- Adora**, p. 362. m. in vulg. edit. 1. Machab. cap. 13. v. 20. Ador, vide Dora.
- Adraista** sive Andrestæ Indiæ populi inter Cathæos circa Indi fluminis partem superiorem degentes pag. 198. m.
- Adramyttium**, pag. 149. m. & Adramyttium, pag. 115. f. eadem urbs, quæ Atramyttium pag. 120. f. urbs Mysia in Asia minori, quæ etiam Adramyeteum maritima, nunc corrupto vocabulo *Landermiti*, apud Leuclavium *Edromis*, apud alios *Landimitri*, in diecesi Asiana.
- Adramytticus sinus**, pars *Ægæi* maris prope Adramyttium, Lesbos insulæ exposita.
- Adrapsa**, pag. 184. f. urbs Bactrianæ regionis, de qua Strabo lib. 15. pag. 498.
- Adrastra** mons, à quibusdam Dindymus dictus pag. 410. idest mons, in quo sanum erat Deæ Adrastræ de quo Strabo lib. 12. p. 396. Cyzico urbi proximus versus meridiem.
- Adrastræ campi**, pag. 159. m. ad radices prælaudati Adrastræ montis, inter Lampfacum & Cyzicum, ubi urbs Adrastra.
- Adria** à quibusdam Hadria, sinus maris, qui & Adriaticus & Adriaticum mare dictus est, Italiam à Dalmatiâ & Epiro determinans, quem etiam mare superum vocitant vulgo *Golfo di Venetia* vel *Mare Adriatico*.
- Æge Æolicum oppidum**, pag. 105. f. pars erat Myrinæ urbis, illas tamen diversas facit Herodotus lib. 1. cap. 149.
- Æge**, pag. 521. sive *Ægææ* urbs olim Ciliciæ maritima, ad Issicum sinum, cujus nunc nulla extant vestigia.
- Ægea & Ægææ**, pag. 227. m. & 270. m. Macedonia Regia, in qua & Regum Mausolæa erant, & pag. 157. f. urbs, quæ ut refert Stephanus Byzantius Meloboteira vocabatur, sita erat in Macedonia proprie dicta sive Emathia, ad Aliaconem fluvium.
- Ægeate**, incolæ *Ægarum* Ciliciæ.
- Ægæenses**, cives *Ægarum* *Æoliæ*, p. 281.
- Ægeum mare**, pag. 95. m. quod aliquando mare Græciæ, sive Mare Carie dictum, quod latini passim in mare Macedonia & mare Græciæ sive Cycladum insularum dividerunt; pars præcipua maris Mediterranei, unde nomen Archipelagi adepta, ab Italis *Archipelago*, Gallis *Archipel*, Turcis *Acedeniz*, quod mare Album significat, ab occasu Græciam Thessaliam & Macedoniam habens; ab Aquilone Thraciam; ab ortu Asiam minorem; ab Austro mare Icarum, vel ut aliis placet, Mare Creticum.
- Ægestani**, pag. 76. & pag. 382. f. cives urbis *Ægestæ* in Sicilia posita, quæ à Stephano Byzantio *Acelste*, à Thucydide *Egesta*, à Latinis, obscuræ significationis vitandæ causâ, *Segesta* dicta, Fazellus asserit fuisse in loco cui nunc nomen *Barbara* in parte insulæ, quæ *valle di Mazara* dicta, prope fluvium *S. Bartholomæo*, alii asserunt eam esse, quæ nunc *Conterranea*.
- Ægienses**, pag. 141. m. & 352. m. incolæ urbis *Æolica* *Ægiæ*, forsitan *Ægarum* prælaudatæ.
- Ægiensis**, pag. 319. m. incolæ sane *Ægii*, urbis Achaia proprie dictæ.
- Ægina insula**, pag. 100. f. & 102. m. prius *Oenone* dicta, sita in sinu Saronico inter Atticam & Peloponnesum; nunc vulgo *Legina* dicta. est etiam urbs Peloponnesi *Ægina*, ad eundem sinum saronicum, de qua forsitan pag. 284. m.
- Ægineta**, cives *Æginæ* urbs & insula.
- Æginensis** urbs apud Achaiam, p. 618. m. terræ motu collapsa anno Chr. 23. forsitan *Ægiensis* aut *Ægæensis*, nam Achaia urbes sunt *Ægium* & *Ægæ*.
- Ægirates**, pag. 322. m. civis urbis, cui nomen *Ægira* in Achaia proprie dicta, quæ teste Stephano Byzantio prius *Hyperesia* vocabatur; erat Achaia primaria in colle aspero sita, amplius mille passus supra mare, prope collem defluebat *Selinus* amnis, nunc excisa.
- Ægos fluventa** sive *Ægos* potamos, p. 104. m. & p. 126. f. alias *Capræ* fluventa, p. 127. fluvius absque urbe ut clarum est ex *Xenophontis* lib. 2. Hist. Græc. p. 455. in *Chersoneso* Thraciæ sese in *Hellespontum* exonerans, cujus ostia è regione *Lampfaci*, ab ea urbe octo tantum stadiis distabant.
- Ægyptus**, pag. 3. amplissima Africa regio, quam veteres Geographi inter Asia regiones computaverunt, quæ variis nominibus olim dicta, puta *Myra*, *aeria*, *potamites*, &c. à Septentrione suo mari *Ægyptio*; ab ortu *Palaestina*, *Arabia* *petraea* & sinu *Arabico*; à Meridie *Æthiopiâ*, ab occasu *Cyrenaicâ* regione terminatur, dividitur in superiorem & inferiorem, nunc ab incolis *Sabia* appellatur.
- Ægyptus superior**, pag. 6. f. quæ in meridiem vergit, quæ est ipsa *Thebais*.
- Ægyptus inferior**, quæ ad ostia *Nili* & *Mare mediterraneum*, ubi *Delta* & *Libya*.
- Ægypti flumen**, pag. 68. f. hoc nomine intelligitur *Nilus* fluvius.
- Ægyptium mare**, pag. 431. m. pars maris mediterranei inferiori *Ægypto* exposita.
- Ægyptienses**, pag. 335. f. *Ægypti* incolæ.
- Ægyptiaca**, quæ ad *Ægyptum* pertinent.
- Ænus mons**, pag. 408. Thraciæ, ipsam in duas quasi partes separans, *Moesium* videlicet ab altera Thraciæ parte; ad pontum *Euxinum* extensus, quem Itali vocant *catena del mondo* sive *Monte Argentaro*, indigenæ *Krivicorne*, Turcæ *Balkan*.
- Ænian**, pag. 225. plurali numero *Ænians*, ab urbe *Perthoeciæ* *Ænia*, cujus teste Stephano Byzantio, incolæ erant sic appellati; inter Thessalia populos enumerati fuere, de his fufe Strabo lib. 9. p. 294.
- Ænon**, pag. 621. m. in vulg. editione Joan. 3. v. 23. *Ænon* juxta *Salim*, aliqui *Ennon* scribunt, locus plurimis aquis abundans juxta *Jordanem*, in dimidia tribu *Manasse* cis eundem fluvium.
- Ænus**, pag. 299. 303. m. est ipsamet Thraciæ *Ab-syntus*, de qua vide supra verbo *Ab-synti*.
- Æni**, ejusdem civitatis incolæ pag. 329.
- Æolia**, pag. 141. f. regio Asia minoris conclusa inter *Mysiam* ad *Aquilonem*; *Lydiam* ad ortum; *Ioniam* ad Meridiem & *Ægeum* mare ad occasum; in qua undecim civitates recenset *Herodotus* lib. 1. c. 149.
- Æolenses & Æoles**, & *Æolica* gens, populi *Æoliæ*.
- Æolis**, pag. 82. ipsamet *Æolia*.
- Æpea** urbs Cypri, pag. 77. f. hanc *Philocyprus* Rex, in *Solonis* honorem *Solos* appellavit; sita erat in

## INDEX GEOGRAPHICVS.

- Septentrionali parte insula; ubi nunc extat oppidum *Alexandretta* vocitatum.
- Aria*, pag. 17. f. regio, quæ postmodum *Ægyptus* dicta, vide supra hoc verbo.
- Aschrionia* una è Samiorum tribubus p. 86. cuius pars *Oasim* urbem incoluisse traditur.
- Asopus* fluvius, p. 412. m. *Asiæ* minoris *Myriam* à *Troade* separans, qui ex *Ida* monte nascens inter *Lampsacum* & *Cyzicum* *Propontidem* ingreditur.
- Æthiopia*, p. 10. amplissima *Africæ* regio duplex; una ad *Nilum*, in qua insula *Meroe* cis circulum æquatorem, quæ *Æthiopia* sub *Ægypto* appellatur; altera ultra æquatorem, quæ *Æthiopia* propriè dicta & interior, nunc *Abissinorum* Regio, apud *Nubiensem* *Habascia*: *Usserius* citatus hæc ait: *Æthiopes ab Indo flumine consurgentes, juxta Ægyptum confederunt*. *Euseb. Chronic.* & paulò post, *Æthiopiam, quæ sub Ægypto est, nunc majorem Indiam appellari, scripsit Ioan. Porsen. &c.*
- Æthiopes* populi, *Æthiopia* mulier *Æthiopiæ*.
- Æthiopica*, quæ ad *Æthiopiam* spectant.
- Æthiopia* orientalis, p. 16. v. *Arabia*.
- Æthiopes* *Macrobij*, p. 85. f. sive *Longævi*, qui *Africam* ad *Australe* mare incolunt.
- Ætolia*, p. 218. populi *Ætolizæ*.
- Ætolia* regio *Græciæ* p. 571. m. quæ cum *Acarania* *Coretarum* patria erat, priùs *Hyantis* dicta, & in duas separata, quarum prima ad occasum *Ætolia* vetus, altera ad ortum *Epictetus* sive *acquisita* dicebatur, ab *Acarania* versus occidentem *Acheloo* fluvio separabatur; habens ad *Aquilonem* *Athamanes* & *Perthoebios*; ad orientem *Locros* *Ozolas*; ad *Austrum* *Ionium* mare & sinum *Corinthiacum*.
- Ætulanæ* & *Ætulia* p. 230. m. regio *Armenizæ* minoris ad *Septentrionem*, ut refert *Ptolemæus* *Geog. lib. 5. cap. septimo*, unde in *Justini* exemplaribus sic legendum dicit *Usserius*.
- Africa* regio una è tribus orbis partibus: secundò, *Africa* propriè dicta, inter *Mauritaniam* ad occidentem & *Cyrenaicam* ad orientem dicta *Zeugetana*: tertio tandem, quæ propriè dicta, inter *Numidiam* ad occasum & *Byzacenam* regionem ad ortum, quod nunc est regnum *Tunetanum* pene complectens.
- Africa* utraque pagina 564. de *Africa* sermo est secundo & tertio sensu.
- Afer* *Africæ* indigena.
- Africanus*, ad *Africam* spectans.
- Africanum* mare, p. 431. pars *Mediterranei* maris, quæ *Africam* alluit.
- Agaba* p. 423. Castellum, aliàs *Gabatha* dictum, in tribu *Ephraim* situm ad orientem.
- Agalassenses* p. 201. f. populi *Indiæ*, circa superiores partes *Indi* fluminis.
- Agalla* p. 441. m. urbs *Arabum*, quam *arbitror* esse, quæ à sancto *Hieronymo* *Agallim* vocatur, in tribu *Ruben*, ultra torrentem *Arnon*, quæ etiam *Gallim* appellata.
- Agar* p. 506. f. oppidum *Africæ* propriè dictæ, 16. milia passuum *Thapso* distitum.
- Agari* p. 430. m. gens *Scythica* forsan ad *Agarum* fluvium aut *Agarum* promontorium, juxta *Mæotin* paludem habitans.
- Agbatana*, v. *Ecbatana*.
- Agrensis* ager p. 406. m. videtur fuisse *Asiæ* minoris.
- Agora* p. 98. m. urbs in *Isthmo* *Cherronefi* *Thraciæ*, inter urbem *Cardiam* ad meridiem, & *Helles* sepulchrum ad *Boream*.
- Agrani* p. 586. vide *Egrani*.
- Agria* p. 525. f. pro hoc vocabulo apud *Polybium* legitur. 92. supra legendum cenfer *Usserius*.
- Agriani* p. 160. & pag. 224. *Populi* *Pæoniæ*, inter *Æmum* montem & *Rhodopen* degentes; qui *Agrianes* & *Agriæi* dicti necnon *Agrii*.
- Agriaspæ* v. *Arimaspi*.
- Agrii* p. 306. f. populi iidem, qui supra *Agriani*.
- Agrippias*, vide *Anthedon*.
- Ahava* fluvius p. 108. m. in tabulis nostris *Geographicis* sacre scripturæ fuscè probavimus, *Ahava* fluvium eundem esse cum *Tigri* fluvio.
- Ai* sive *Aius*, p. 21. f. & 22. in vulg. editione *Josue*, cap. 7. *Hai*, civitas *Regia* ad orientem *Bethel*; erat in tribu *Benjamin*; *Josepho* *Ada*, *S. Hieron.* *Agai*.
- Aialonis* convallis p. 22. contigua valli *Terebinthi*, prope *Aialon* *leviticam* civitatem, in tribu *Dan* positam.
- Alabandenses* p. 288. & *Alabandeni* p. 330. cives urbis *Asiæ* minoris, cui nomen *Alabanda* in *Caria* sitæ, non procul à *Mæandro* fluvio; hodie *Turcis* *Eblebanda*: duas *Alabandas* in *Caria* collocat solus *Stephanus* *Byzantius*.
- Alalia* p. 81. urbs insulæ *Corficæ*, quæ postea *Alaria*, dein *Aleria*, & corrupto vocabulo *Valeria* à *Phocæensibus* condita, ad litus orientale insulæ cuius locus nunc *Aleeria* *disfrutta* vocatur.
- Alani* p. 645. f. populi *Sarmatiæ* *Europææ*, non longè à *Palude* *Mæotide* incolentes, *Roxolanis* finitimi; quorum regio *Alania*, quæ *Lithuanizæ* parti responderet.
- Alba* p. 516. f. & 517. urbs *Galliæ* *Cisalpinæ*, quæ *Alba* *Pompeia*, ad *Tanarum* fluvium; nunc etiam *Alba* à *ducatu* *Montisferrati* avulsa, sub ditione *Ducis* *Sabaudizæ*.
- Albani*, p. 182. & p. 424. m. populi *Albanizæ*.
- Albania* regio *Asiæ*, *Iberos* habens ad occidentem, *Caspium* mare ad orientem, *Caucasum* montem ad *Aquilonem*, *Armeniam* majorem ad austrum, hodie vulgò *la* *Zuirie*, p. 441.
- Albanus* mons, p. 444, & 464 per duo milliaria, ab *Alba* antiqua seu nova *Albano* ad castellum *Gandulphi* se extendens, vulgò *monste* *Albano* tredecim milliaris *Roma* distans versus orientem.
- Albus pagus* pag. 585. maximum *Nabatæorum* emporium, inquit *Strabo* lib. 16. p. 537. in *Arabia* felici, ad sinum *Arabicum*.
- Alejus* campus, p. 163. in *Cilicia* juxta *Tharsum* urbem versus *Aquilonem* apud *Pyramum* fluvium.
- Alema* in *Alemis*, pag. 337. f. in vulgata editione, i. *Machab.* 5. vers. 16. in *Almis*, civitas *Galaaditidis* regionis, in tribu *Gad*, prope saltum *Ephraim*, ad meridiem.
- Alepfus*, v. *Calipsus*.
- Alexandri* aræ ad *Issum* p. 480. f. inter *Ciliciam* & *Syriam* prope *Issum* urbem, ubi *Darius* fuit ab *Alexandro* debellatus.
- Alexandri* castra, p. 168. f. *Ægypti* regio sic appellata, quæ videtur fuisse inter *Gazam* & *Pelusium*; diversa ab *Alexandri* castris, apud *Ptolemæum* *Geogr. lib. 4. cap. 5.* in *Lybiæ* regione *Hammoniaca*.

*Alexandria*

INDEX GEOGRAPHICVS.

*Alexandria*, p. 169. quæ cognomento magna; sive Alexandria in Ægypto inter mare Ægyptium & Mariam sive Marcotidem paludem, in cuius parte maritima vicus erat Rhacotis dictus; ad occidentalius Nili fluvij ostium; ab Alexandro condita à Græcis per excellentiam Πόλις dicta; nunc à Turcis, quibus parer, *Scandaria*.  
**ALEXANDREA** p. 287. m. denarij argentei inscriptio, prælaudatæ Alexandriae.  
*Alexandrinus*, p. 24. Alexandriae civis.  
*Alexandrenses*, p. 281. & p. 282. f. qui Troadem incolabant; Alexandria enim locus erat in Ida Troadis monte, ut asserit Timotheus à Stephano Byzantio citatus, ipsa nihilominus urbs Troas in cognomine Troade, Alexandria vocabatur; nunc *S. Maria* dicitur & à Turcis *Carasia*.  
*Alexandria* ad Caucaſum montem, p. 184. m. qui à quibusdam Paropamisus appellatur, sub ejus radicibus ad portam, qua in Mediam via aperitur, & p. 191. m. Superato Caucaſo ad Alexandriam (peruenit Alexander) quam apud Paropamisadas construxerat; est apud Steph Byzantium decima septima, in Sogdiana regione; ad Oxum fluvium, ut ait Ptolemæus, lib. 6. Geog. cap. 12.  
*Alexandria* ad Indum ab Alexandro condita, ubi Gentes Sodra (apud Arrianum Sogdæ) & Massani in Strabone Massiani, p. 205. m.  
*Alexandria* apud Oritas p. 209. ubi prius Rhambacia pagus, cum portu fluctibus tuto & commo.  
*Alexandria* ad Tanaim condita p. 286. m. ipsa est apud Steph. Byzantium 18. de qua Ptolemæus lib. 3. Geogr. cap. 5. Plinius lib. 6. cap. 16. sic ait: *Flumine Iaxarte quod Scythæ Sylin vocant, Alexander militesque ejus Tanain putaverunt esse. sicque hæc Alexandria fuit ad Iaxarten condita.*  
*Alexandrium* castellum elegans in montis vertice positum, in Iudæa p. 418. m. & 450. f. in dimidia tribu Manasse, quæ intra Jordanem, juxta Coreas & Macharuntem, in finibus Arabum, de eo adhuc p. 462. f. & 463.  
*Alinda* pag. 156. m. 160. m. urbs Carie munitissima & mediterranea, eaque Halydea Plinii. & Alymna, p. 299. f.  
*Almon* p. 229. m. civis urbis Illyriæ, cui nomen, teste Stephano Byzantio; Alcomenæ  
*Allobroges* Galli, p. 551. populi Gallie, qui versus meridiem Isera fluvio; versus occasum Rhodano amne, versus Aquilonem eodem fluvio ac lacu Lemano; ab ortu Alpibus conclusi; quorum Vienna Metropolis; nunc regio Viennense territorium partem Sabaudie, partem quoque Delphinatus complectitur.  
*Allophyli*, p. 340. vide Philistæi: sic etiam Alienigena passim in Scripturis factis appellantur.  
*Almon Diblathaim*, p. 19. quæ & Beth-Diblathaim, Num. cap. 33. vers. 46. in vulgata editione Helmondeblathaim, quadragesima statio filiorum Israël, non longè ab urbe Madian; postea in tribu Ruben.  
*Alpes*, p. 280. m. montes notissimi Galliam ab Italia semoventes, à mare mediterraneo ad Adriaticum protensis; & variis nominibus pro regionum quas dirimunt varietate nominari; communiter verò à Gallis *les Alpes*, à Germanis *Alben*, ab Italis *Alpi*.

*Alush* p. 13. in vulgata editione, Num. cap. 33. versu 15. Alus, decima statio filiorum Israël inter Daphca & Raphidim, in terra Madian, in deserto.  
*Alymna*, v. Alinda.  
*Amaleitarum* regio, p. 5. quæ Amalecitis dicta, ad mare Rubrum usque protensa; in deserto Pharan, Judææ, seu terræ promissionis ad Meridiem; Madianitarum regioni contermina, in Arabia Petraea.  
*Amanicæ* Pylæ p. 163. m. Portæ sive angustie quibus è Cilicia in Syriam iter aperitur, ab Amano monte, cui subjacent sic appellatæ.  
*Amanus* mons, p. 259. f. & 480. ad Orientalem Cilicia partem situs, illamque à Syria separans; olim græco vocabulo Melantius dictus, nunc quoque mons niger, ab Italis *Monte nero* nominatur.  
*Amasea*, p. 421. f. urbs Ponti, Strabonis patria, qui eam fuse describit, l. 12. pag. 386. sita erat ad Irim fluvium, nunc vulgò *Amasia*.  
*Amastris*, pag. 256. f. & 422. m. urbs maritima Paphlagoniæ ad Pontum Euxinum, ab Amastri condita, ad ostia fluminis Parthenij, nunc vulgò *Famastro*.  
*Amatha* p. 604. m. castrum ad Jordanem situm, illud haud dubiè quod Adrichomius, pagina 75. collocat, in dimidia Tribu Manasse ultra Jordanem.  
*Amathitis*, regio in extremis Chananæ finibus, pag. 361. f. quæ alio nomine regio Emath, à civitate cognomine, in septentrionali parte tribus Nephthali.  
*Amathus* castrum ad Jordanem p. 463. & 383. f. in dimidia tribu Manasse trans Jordanem, de quo Adrichomius, p. 75. n. 9.  
*Amathusii*, p. 93. & 243. cives urbis insulæ Cypri, cui nomen Amathus, quæ olim etiam toti insulæ nomen dederat; maritima erat ad australem partem sita. nunc vulgò *Limisso*.  
*Amazonum* terra, p. 408. & Amazones, p. 182. mulieres artem exercentes militarem, quæ regionem Asiae minoris circa Thermodontem fluvium usque ad Phasim amnem incolabant; illis aliæ adhuc ab Authoribus mansiones assignantur.  
*Ambraciote*, p. 158. m. cives urbis Thesprotiæ, cui nomen Ambracia, super Aractum fluvium sita, paucis stadiis ab intimo recessu sinus ab ea denominati, nunc *Ambrachia*, vulgò *Larta*.  
*Ambracius* sinus in Thesprotia Epiri regione, nunc vulgò ab Italis *Golphe di Larta*. p. 566. m.  
*Ambri* populi Indiæ, vide Malli.  
*Amisus*, p. 242. & 305. urbs Paphlagoniæ maritima ad Pontum Euxinum, Atheniensium colonia, nunc *Simiso*, dicta, à Turcis *Amid*, aut *Hemid*.  
*Amiseni* & *Amisenses* prælaudatæ urbis incolæ.  
*Ammonis Iovis Oraculum*, p. 83. situm in mediis Libyæ terris ne dixerim arenis, Strabo. lib. 1. p. 34. putat locum olim fuisse maritimum; etiam per H. Hammonis appellatur.  
*Ammonij*, ejusdem loci sive urbis incolæ.  
*Ammonita*, p. 19. populi quorum regio  
*Ammonitis*, trans Jordanem ad Septentrionem Torrentis Jaboc, quorum Metropolis Rabath, partem illius regionis incoluit dimidia tribus Manasse; erat ab Austro Moabitibus, ab ortu Arabibus, ab Aquilone Cælesyriis contermina.

## INDEX GEOGRAPHICVS.

- Amnia*, pag. 389. Asiæ minoris fluvius, circa Bithyniam.
- Amorei*, pag. 19. populi Trans-Jordanem inter Torrentes Jaboc & Arnon & deserto conclusi; post in tribu Gad.
- Amorgus*, pag. 235. f. insula una Cycladum, quam Strabo lib. 10. pag. 336. inter Sporades numerat; retento hoc nomine pluribus aliis olim donata fuit; tres urbes prius nunc tria castella possidet.
- Ampa*, pag. 94. f. urbs ad mare quod Rubrum vocatur sita, ubi fluvius Tigris eam præterfluens exit in Mare; ubi nunc urbs *Bassora* alias *Balsera* in sinu Persico, vulgo *del Catif* dicto.
- Amphipolis*, pag. 94. urbs Macedoniae in Thraciæ, cui a quibusdam assignatur, confinis, postea à Græcis Chryseopolis dicta ad ostia Strymonis fluvii, in sinu Strymonico, nunc vulgo *Amphipoli*, *Christopoli*, Turcis *Emboli*.
- Amphipolita*, Amphipolitanus & Amphipolites; gentile nomen civis prælaudatæ urbis.
- Amphissenis*, pag. 538. m. civis urbis, cui nomen Amphissa, Locrorum Ozolarum in Græcia, ad fluvium cognominem, in Crissæo campo ut Strabo refert lib. 9. pag. 294. ibidem nunc *Lambino* vicus.
- Anabus*, pag. 23. in vulg. edit. Anab. civitas in monte sita, in sinibus Eleutheropoleos.
- Anaa*, pag. 114. m. & 117. m. urbs Cariae maritima.
- Ancita*, Anæorum urbis cives.
- Anagnia*, pag. 343. f. urbs olim Latii, in monte posita, Hernicorum caput, nunc vulgo *Anagni* in *Campagna di Roma*.
- Anagninus*, Anagninæ civis.
- Anagrana*, pag. 586. locus Arabiæ Felicis ita Strabo lib. 16. pag. 538. in ejus codicib. MSS. legitur *in vâ-γαν*, ut proinde forte sit aut Negran aut Egran, de quo infra, quod liquet ex prioribus Strabonis verbis.
- Anava*, pag. 97. m. Phrygiæ urbs, ita Herodotus lib. 7. cap. 30. inter Cælanas & Colossas ejusdem Phrygiæ urbes.
- Anchialus*, pag. 47. f. & 162. f. potius anchiale, urbs Ciliciæ maritima, inter Tarsum & Zephyrium, de qua Strabo lib. 14. p. 462.
- Ancyra*, pag. 161. f. & 300. m. urbs Galatiæ primaria, non longe à Gallo fluvio, in edito loco sita, hodie vulgo *Angara*, *Anguri*, vel *Enguri*.
- Ancyranus*, Ancyrae civis.
- Andacena* urbs, pag. 192. m. urbs, quæ Andaca dicta, in India atque ad originem ut videtur Indi fluvii.
- Andevica*, p. 96. f. Stathmus sive mansio, quam Gallice vulgari nomine *une conchée* vocitamus, in Cissia regione, ducentis ac decem stadiis à Sufis civitate distans. ita Herodotus lib. 6. cap. 119.
- Andriaca*, pag. 530. f. & Andriace, pag. 290. m. urbs Lyciæ maritima & Myrensiæ navale.
- Andreste* v. Adraista.
- Andrii*, pag. 100. f. cives urbis & insulæ Andros.
- Andros* sive Andrus insula, pag. 92. una è Cycladibus Euboeæ vicina, quam ad occasum habet, sicut Tenem insulam ad ortum; variis olim appellata nominibus, nempe Antandros, &c. nunc vulgo *Andre* sive *Andria*.
- Andro*, pag. 484. f. legendum Arado v. hoc verbo.
- Anemuriensis* civitas & vicinum
- Anemurium* promontorium, pag. 289. f. in Cilicia aspera sive Montana, hodie vulgo *Stalemyra*.
- Angloduacenses*, pag. 71. f. institutum est Duaci (quæ urbs est & academia litteraria Comitatus Flandriæ, ad Scarpum fluvium, vulgo *Douay*) Anglorum seminarium cujus ascetas arbitror ab Usserio Angloduacenses appellatos.
- Angustia* Ciliciæ v. supra Amanicæ Pylæ.
- Antandrus*, pag. 115. urbs Phrygiæ minoris, maritima, inter Sceplim & Adramytiium.
- Antandrii*, ejusdem civitatis incolæ.
- Annestus*, pag. 586. urbs felicitis Arabiæ à Gallo deleta, ut refert Plinius.
- Anthedon*, quæ postea ab Herode Agrippiis dicta, pag. 384. & 578. f. urbs Palæstinæ maritima, à Gaza viginti circiter stadia distans.
- Anthemusius*, pag. 647. urbs Mesopotamiæ, in ejusdem regionis haud dubie parte quæ à Ptolomæo lib. 5. cap. 18. *Anthemusia* nominatur.
- Anticragus*, pag. 434. mons præceps in Lycia, in quo Carmylellus oppidulum aut Castellum, de quo Strabo lib. 14. pag. 458.
- Antigonia*, pag. 250. urbs superioris Syriæ prope Antiochiam juxta Orontem fluvium, de qua Strabo lib. 16. pag. 516. ab Antigono condita anno Mundi 3698. à Seleuco solo æquata anno 3704. postea restructa, de ea enim pag. 479. ad an. 3953.
- Antilibanus* mons 20. f. & pag. 166. m. à Mare Syriæ in ortum usque ad Arabiam desertam protensus; quem ibi accolebant Arabes, Syriam à promissionis terra determinans.
- Antiochi* vallis seu Pharanx, pag. 402. m. civitas in viâ Trachonitidis, ultra Jordanem in dimidia tribu Manassæ.
- Antiochia*, pag. 256. cognomento magna, quæ juxta Daphnem sive Epidaphne dicta, totius Syriæ metropolis, quam Seleucus condidit anno Mundi 3704. ad Orontem fluvium, juxta Silphium montem, è regione Jopoleos, ubi antea vicus erat, cui nomen Botzia, hæc civitas nunc *Antachia* nominatur.
- Antiochenus* ejusdem civitatis incola.
- Antiochia* Mygdonica &
- Antiochia* in Mygdonia vide infra Nisibis.
- Antiochia* Pifidiæ, pag. 660. f. civitas Regionis Minoris Asiæ (cui hodie nomen tribuit) primaria seu metropolis, mediterranea vulgo *Tachia*, necnon *Antiochia*.
- Antipatris*, pag. 594. f. in Campo Capharsalaba sive Capharsalama non longe à Mari mediterraneo, in dimidia tribu Manassæ, quæ demum *Arfur* dicta, nunc tantum villa cui nomen *Assur*.
- Antissa*, pag. 330. f. urbs in insula Lesbos, ad Septentrionalem partem posita.
- Antium*, pag. 461. m. urbs quæ etiam Antheia & Antia dicta, Volscorum caput, locus adhuc *Antio rovinato* vocatur, prope promontorium, cui nomen *cape d'Antio* 20. milliariis ab ostiis Tiberinis versus Austrum distans.
- Aorni*, pag. 184. f. urbs inter maximas Bactrianæ urbes cum arce.
- Aornus* petra, pag. 193. f. & 194. præsidium munitissimum cujus ambitus teste Diodoro sicul. stadiorum erat 100, altitudo 16. teste Arriano, ambitus stadiorum 200, altitudo 11. Radices ejus ad Meridiem Indus fluvius non procul à fontibus alluebat. de ea Strabo lib. 15. pag. 473.

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Aorsis*, pag. 663. f. gens Scythica, cui Strabo lib. 11. pag. 329. duas sedes assignat, primam ad litus maris Caspii, secundam patriâ ejectis ad Tanaim fluvium; illos in Sarmatia collocat Ptolemæus Geogr. lib. 3. cap. 5. inter Agathyrfos & Pagyrilas.
- Apamea*, pag. 277. m. & 344. urbs Syriæ, quæ à quibusdam Cælesyriæ assignatur, ad Orontem fluvium, à cuius aquis quia fere penitus cincta peninsula sive Chersonesus Syriæ fuit appellata; quam etiam Macedones Pellam vocaverunt, de ea Strabo lib. 16. p. 517. hodie vulgo *Hameus* sive *Hama*.
- Apamea*, pag. 293. f. urbs minoris Phrygiæ, quæ p. 298. m. juxta Celænas, verius prius Celænæ, postea Cibotis dicta, in radice montis Signiæ, ad ostia Marisæ fluvii, ubi Mæandrum ingreditur, nunc vulgo *Apamiz* de ea pag. 300.
- Apamea*, pag. 413. urbs Bithyniæ prius Myrlea, Prusiadi urbi vicina, maritima ad Propontidem, resumpto priori nomine hodie *Myrlea* nominatur.
- Apamia* sic sæpe *Apamea* vocitantur.
- Apamenses*, *Apameus*, *Apamenus* Gentilia harum urbium nomina.
- Aphaca* civitas in fine operis est Aphæci turris, de qua Joseph lib. 2. de bello Jud. cap. 23. in tribu Ephraim; inter montana Ephraim & mare, non longe ab Antipatriade.
- Apharsakia*, pag. 89. f. in vulg. edit. Arphachari, qui erant trans flumen (Euphratem) Eldræ primo cap. 5. vers. 6. an sit nomen familie aut loci, discerni non potest, nam pro hac voce apud septuaginta legitur, *Judices in Cælesyria & Phœnice*.
- Aphicum*, pag. 28. f. in vulg. edit. 1. Reg. c. 39. v. 1. aphec, urbs Regia in tribu Issachar.
- Apherima* Toparchia (pag. 360.) & civitas in Occidentali parte tribus Ephraim, in finibus Samariæ & Judææ; consule notas nostras Geographicas in sacram scripturam.
- Aphrodisias*, pag. 243. m. urbs Ciliciæ cum portu, in regione quæ Cetus dicta, ut ait Ptolem. Geogr. lib. 5. cap. 8. inter Celenderim ad occasum & Sarpedonem ad ortum, hodie *S. Theodoro*.
- Aphrodisias*, pag. 296. f. urbs Cariæ, sive media inter Cariam & Lydiam, inter Mæandrum fluv. ad occasum, & Lycum amnem ad ortum; hæc urbs postea teste Stephano Byzantio (cap. Megale) fuit Megale seu Megalopolis appellata.
- Aphrodisienses*, harum urbium incolæ.
- Apia* campus, pag. 281. circa Æolidem in Asia minori.
- Apis*, pag. 345. f. locus cum portu in Libya, cui vicinum Parætonium versus Orientem, de eo Ptolem. Geogr. lib. 4. cap. 5.
- Apollonia*, pag. 278. plures hujus nominis civitates, ibi videtur sermo de Apollonia Mesopotamiæ, quæ apud Stephanum Byzantium ordine est 14.
- Apollonia* ad ann. Chr. 53. urbs Macedoniæ, in ejus parte Mygdonia dicta, ad Chidorum fluvium, duodecim circiter milliariis Thessalonica distans Occidentem æstivum versus, quæ hodie *Ceres*.
- Apollonia*, pag. 485. m. urbs Epiri, quam aliqui Macedoniæ tribuunt, decem stadiis ab Anjo fluvio versus Aquilonem, & 60. stadiis à Mare Adriatico distans, locus nunc *Piërigo* nominatur.
- Apollonia*, pag. 412. urbs ad Rhyndacum fluvium in Asiæ minoris Myfia, quam aliqui in Bithynia collocant, Ptolemæus Geogr. lib. 5. cap. 2. in majori Phrygia.
- Apollonia*, pag. 614. m. ibi sermo est de Apollonia Lydiæ, non longe à Tyathira versus occasum. apud Stephanum decima.
- Apollontenses* ibid. ejusd. urbis cives.
- Apollonia*, pag. 402. m. urbs in Tribu Ephraim ad mare, inter Joppen & Antipatridem.
- Apollonia*, pag. 363. est Apollonia Syriæ, quam Stephanus 12. ordine recenset, dicitque esse circa Cælesyriam.
- Apollonias*, pag. 371. est Apollonia Lydiæ, de qua supra; quæ ad Lambanum fluv. dicta.
- Apolloniata* in Creta, pag. 310. cives urbis ejusdem insulæ, cui nomen Creta, quæ maritima est & Gnollo ad ortum æstivum. de ea Plinius lib. 4. cap. 12.
- Aporido nâum*, pag. 30. vicus ad Obrimæ fluvii fontes, in confinibus Pisidiæ, Phrygiæ, & Galatiæ.
- Appii forum* 677. m. urbs olim Latii ad Pontinam paludem inter Tarracinam & tres Tabernas; hodie *Casaliò di S. Maria*.
- Aqua fossie Asphar* vide infra Asphar.
- Aquileia*, pag. 594. urbs olim Carnorum metropolis, ex primariis Italiæ, in Foro-Julienti territorio, ad confluentes fluviorum *Turri* & *Alsa*, nunc *Aquilegia* pene excisa.
- Reges Aquilonis* & austri, pag. 255. Danielis cap. 11. per reges Aquilonis, Seleucidas Syriæ reges; per reges austri, Ptolemæos Ægypti reges credit intelligendos.
- Ar*, pag. 19. terminus Moabitum & pag. 55. f. eadem est quæ *Aroer* de qua infra.
- Arabes*, pag. 664. addita parenthesi; insinuat ibi hoc vocabulo Edessenos esse intelligendos, vide infra Edessa.
- Arabes* Nabatæi, pag. 246. vide infra Nabatæi.
- Arabes* Nomades, pag. 339. qui nulla sede fixa utentes & quocumque mens ferebat vagantes, pascuariam vitam debebant.
- Arabia*, regio Asiæ amplissima, Ægypto, Palæstinâ, Syriâ, Mesopotamiâ, ac sinibus Persico & Arabico conclusa; in tres dividitur, in felicem Arabiam, quæ duabus aliis; sinibus Persico & Arabico atque Oceano concluditur; Arabia illa dicta est Æthiopia Orientalis, & pag. 219. Chersonesus Arabiæ, aliæ sunt.
- Arabia* deserta, pag. 337. f. quæ inter Syriam ad Occidentem, Mesopotamiam ad Septentrionem, felicem Arabiam ad ortum, & Petream Arabiam ad meridiem; hodie vulgo *Arden*.
- Arabia* Petrea, pag. 35. col. 1. à Petra metropoli nominata, quæ Palæstinam & Arabiam desertam ad Aquilonem; ad ortum vero & Austrum Arabiam felicem habet; ab occasu partem sinus Arabici & Ægyptum, vulgo hodie *Beriara* aut *Barraab*.
- Arabis* vir, & Arabissa mulier, Arabiæ indigenæ.
- Arabia* Nabatæa, p. 560. m. quantum inquit, ad Oceanum vergit; ex his verbis colligitur per Nabathæam Arabiam felicem Arabiam aut ejus partem intelligi; erant nihilominus Nabathæi sive Nabutei Tribui Gad contermini.
- Arabicus* sinus, pars maris Rubri Arabiâ felice, Ægypto, & Æthiopia, quæ sub Ægypto (quæque Arabiæ ascripta aliquando est) conclusa.
- Arabii* gens Indica, p. 209. m. ad Oceanum Indicum, quam occasum versus Arabius amnis ab Oritis separat; Gedrosiam habebat ad Aquilonem.



## INDEX GEOGRAPHICVS.

- Arabius* amnis, ibid. vide infra Arabis.
- Arabia*, pag. 208. f. idem Arabii populi cum Arabiis Antiocheni disceptantes, pag. 433. m. legendum haud dubie *Aradis* de quibus infra.
- Arabum* regio, pag. 219. m. hac voce Arabiam & maximè felicem intellige.
- Arabum* montes, pag. 462. f. iuxta quos Alexandrium Castellum, erant in parte Orientali dimidiæ Tribus Manasse, quæ intra Jordanem; non longe ab ipso fluvio Jordane.
- Arabum* vallis, pag. 57. hac voce intelligendum reor, regionem Cavam sive planam Arabiæ, quæ ultra Torrentem Arnon, quæque Philadelphia nominatur.
- Arachosia*, pag. 184. Regio cum urbe cognomine, quæ apud Ptolemæum lib. 6. Geogr. cap. 20. ab occasu Drangiana; à Septentrione Paropamisadæ, ab occasu parte Indiæ; ab Austro Gedrosiæ parte terminatur, quæ nunc est *le Candahar*.
- Arachosi*, Arachosiæ populi.
- Arachoti*, pag. 176. 206. m. 364. m. ejusdem Arachosiæ populi, quæ etiam Arachotis appellatur.
- Aradi* rex, pag. 18. f. in vulg. edit. num. 21. versu 1. rex Atad, urbs Chananæorum regia, quæ & Arath, & Heder, Hadar & Heder; fuit demum terminus tribus Juda ad meridiem, non longe à Mari mortuo.
- Aradus* insula, pag. 165. cum urbe sive potius tota urbs, condita anno Mundi 3254. ad littus Phœnicæ, duobus ab ea milliariis; ab Antarado urbe separata; fuit etiam Aradius appellata de ea pag. 49.
- Aradii*, incolæ prælaudatæ urbis seu insulæ.
- Aramus*, pag. 19. f. in vulg. edit. 1. Paralip. 2. versu 23. Aram, urbs, quæ alias Aran, in dimidia tribu Manasse ultra Jordanem.
- Ararat* terra seu Armeniæ, pag. 59. m. & *Ararati* montes, pag. 2. in notis nostris ad Martyrol. Rom. probavimus; Ararat ipsam Armeniam, de qua vide supra.
- Arasoci*, potius Arasaci pag. 191. f. populi Indiæ cis Choën fluvium.
- Arauna* atea v. Ornanis area.
- Araxes* amnis, pag. 177. & 424. m. qui è montibus Armeniæ nascens, primò versus Aquilonem, mox in ortum decurrens, sese in Caspium mare exonerat, nunc vulgo *Aras* aut *Achlar* & *Cajacz*, à *Perlis Arass* appellatur.
- In Arbattis* idest locis planis & Campestribus, pag. 337. f. 1. Machab. 5. vers. 23. regio illa videtur fuisse circa Galilæam.
- Arbela* plurali numero pag. 66. m. urbs Persarum, quam Ptolem. lib. 6. Geogr. c. 1. in Syria super Caprum fluvium collocat, alii inter amnes Caprum & Lycum, locus Alexandri de Dario victoriæ celebris, licet illa contigerit in Gaugamelis vicino loco.
- Arbeli* domus, pag. 53. f. eadem urbs Arbela.
- Arbela* neutro Genere 347. & 545. m. in vulg. edit. arbella, vicus & regio circumjacens superioris Galilææ, in tribu Nephthali.
- Arbelitis*, pag. 53. f. & 444. m. regio circa prælaudatam Arbela urbem Darii clade celebrem; de ea Ptolem. Geogr. lib. 6. cap. 1.
- Arbis* sive Arabis fluvius, qui Indiæ versus occasum terminus, ab Aquilone in Austrum decurrens, atque Oritas ab Arabiis populis separans, Oceanum Indicum ingreditur.
- Arbita* sive Arabitæ, Arabiæ, & Abritæ, nec non Arabes populi, qui supra Arabii, pag. 208. f. quorum Arabis metropolis ad Arbin fluvium.
- Arcadia*, pag. 303. f. regio in medio Peloponnesi sita; inter Achaïam & Argolidem ab Aquilone; Laconiam ad ortum; Messeniam ad Meridiem, & Elidem ad occasum: nunc una cum Laconiâ, *Tzaconia* nominatur.
- Arcades* & Archades, pag. 114. f. Arcadiæ populi.
- Archelais*, pag. 612. vicus plurimis palmetis confusus, in tribu Ephraim, versus Jordanem; ab Archelao Herodis filio conditus.
- Ardachadensis*, pag. 620. f. civitas in Hiberniæ Ultonia Provincia, Episcopalis, sub Armachana metropoli.
- Areopagita*, vir denominatus ab Areopago.
- Areopagus*, locus in colle è regione arcis Athenarum; ubi tribunal judicum integerrimorum concilio famosum.
- Arcthusa*, pag. 152. f. urbs Judææ mediterranea.
- Arcthusa*, pag. 508. m. & 549. f. urbs Syriæ, in Casiotide regione quam Strabo lib. 16. pag. 518. in Chalcidica reponit; sita erat ad Orontem fluvium, inter Emesam & Epiphaniam; creditur ea, quæ nunc *Fornacusa*.
- Argennum* promontorium, pag. 286. f. Ionie in Asia minori, è regione Chii insulæ, versus Aquilonem.
- Arginusa* insulæ, p. 126. Xenophon. lib. 1. Hist. Græc. pag. 146. asserit sitas prope Lesbum insulam, juxta Malca promontorium, è regione Mitylenes urbis. Strabo lib. 13. pag. 424. dicit esse numero tres, easque parvas. Sitæ erant inter Maleam Lesbi, & Catanidem Asiæ promontorium.
- Argos* urbs, pag. 111. m. urbs Peloponnesi, olim Phœnicum dicta, Egialia, & Dipsum; ad Inachum amnem, nunc *Argo* de ea pag. 429.
- Argos* regio, pag. 17. f. in Peloponneso, ab Argos urbe nomen adepta, dicitur etiam Argolis; habens ab occasu Achaïam, ab Austro Arcadiam & Laconiam, ab ortu & Aquilone mare Græcum.
- Argivi*, pag. 111. tum urbis Argos, tum Argolidis regionis populi.
- Argos*, pag. 263. sive Argos ara, alias in Argis, urbs in Isthmo Chersonesi Thraciæ, prope Lisymachiam versus Aquilonem.
- Argob*, pag. 19. f. regio, prius in Basan, ultra Jordanem; in dimidia tribu Manasse cui fuit data; aquis Merom ab occasu; à Meridie Jordane; Terra Hus ab ortu; ab Aquilone Trachomide conclusa.
- Argyraspides* Macedonès, pag. 235. non nationis nomen, sed militum scuta argentea gestantium.
- Ariadnes* mons, pag. 350. m. Asiæ minoris, ubi Jovis templum, videtur fuisse in Cappadocia.
- Ariana*, pagina 210. in Asia, quo communi nomine (inquit Ulleriùs) regiones omnes, ab occiduis Indiæ finibus usque protensæ comprehenduntur de ea p. 364. m. cujus populi Ariani.
- Ariba* vide supra Arbitæ.
- Arigum*, pag. 192. urbs circa partes, ut videtur, Indiæ fluminis superiores.
- Aria* regio, pag. 211. Asiæ, cui ab occasu apud Ptolem. Parthia & Carmania deserta, ab Austro Drangiana, ab ortu Paropamisadæ, ab Aquilone Astaveni & Nisæi.
- Arii*, pag. 182. populi Ariæ, & 663. dicuntur à Dahis Ginge flumine semoti.

INDEX GEOGRAPHICVS.

- Armaspi*, pag. 193. qui Agriaspæ & Evergetæ dicti. hinc conitar fuisse populos Drangianæ vicinos & Gedrosiis continenos, ac plane diversos ab Arimafpis, de quibus Strabo lib. 11. pag. 349.
- Arimathæensis* Josephus, pag. 638. indigena Arimathææ loci, ut putatur, prope Lyddam seu Diospolim, inter Jerusalem & Joppen.
- Ariminum*, p. 517. colonia olim & in ea urbs Æmiliæ, ad Arimini fluminis sese in Adriaticum mare exonerantis ostia, nunc vulgo *Rimini*.
- Arioch*, v. Erioch.
- Arifba*, v. Lariffa.
- Arifba*, p. 282. f. & Arifbe, p. 159. m. vide Abydena regio.
- Armachanus* ex urbe Armacha in Hiberniæ insula Ultonia regione *Armagh* ad *Kasin* fluvium.
- Armenia*, pag. 59. quæ & Atarat dicta, regio Asiæ amplissima in duas divisa, majorem videlicet & minorem.
- Armenia* major, pag. 302. m. ab Armenia minori & Cappadocia occalum versus Euphrate fluvio separata, Iberiam habens ab Aquilone continendam; Mediam ab ortu, ab Austro Mesopotamiam, nunc vulgo *Thuro*, *Emnoe* aut *Aremnoe*.
- Armenia* minor, pag. 302. m. à majore Euphrate fluvio & Commagena versus Ortum semota, à meridie Ciliciam habens, ab occasu Cappadociam, ab Aquilone Cappadociæ Pontum; continet regiones nunc *Bosch*, *Pegian* & *Aladule* dictas.
- Armuzia*, v. Harmozia.
- Arnon*, p. 19. fluvius sive Torrens, qui è rupe Arnon ducens originem Amorrhæos à Moabitibus separabat, Australiorem postea Tribus Gad partem ab Arabia dividens, per mediam quasi Tribum Ruben defluit, ac tandem sese in mare mortuum exonerat.
- Aroer*, pag. 19. f. quæ & Ar Moabitarum, quæ est ante conspectum Rabbæ, urbs supra ripam torrentis Arnon, in confinio Moabitarum, Amorrhæorum & Ammonitarum: possessa primum à gente Omnium; deinde à filiis Lot Moabitibus, cecit postea Tribui Gad, demum Petra dicta & Metropolis Arabiæ secunda facta.
- Arpadus*, pag. 53. f. infra Arpadum, regionem esse Arbelitida dicit, de quo silent Geographi.
- Arpi*, pag. 281. m. Arpinum urbs veteris Latii vulgo *Arpino* in Samnitum confiniis, inter Soram & Aquinum.
- Arbina*, pag. 254. m. seu Atrhene Armeniæ majoris regio, in qua vicini Tigris & Arfania fluvii.
- Arfania* fluvius, pag. 428. verius Arfania, aut Arfania fluvius majoris Armeniæ, qui per Arfaniam lacum transiens, infra Ximara Euphratem amnem ingreditur.
- Arfinoe*, pag. 258. vide infra Ephesus.
- Arfinoies* præfectura sive Nomus in Ægypto, p. 268. ubi metropolis Arfinoe, inter Moeridem lacum & Nilum fluvium.
- Artacoana*, Artacoana sive Chortacana urbs Ariæ regionis primaria, pag. 182. f. Artican haud dubie Ptolemæi, non longe ab Aria lacu.
- Artagera*, pag. 609. quorum Castellum in Armenia majori situm erat, de quo Strabo lib. 11. pag. 364.
- Artaxata*, pag. 302. m. sive Artaxiatata; Majoris Armeniæ metropolis, in Atropatenes confinibus, super Araxem fluvium, à quo in modum peninsulæ cingitur, quia Hannibalis Carthaginensis suasu condita sive munita, Armeniorum Carthago agnominata est, hodie vulgo *Teflis* aut *Tiflis*, in Georgia.
- Ar e nistum* Euboæ promontorium, pag. 100. supra Elicæam, Thessaliam versus in Septentrionali insulæ regione.
- Asienita*, pag. 647. Parthicum oppidum, Strabo lib. 16. p. 512. insignem asserit Assiriæ civitatem, quingentis stadiis à Seleucia versus Orientem distans.
- Arvus* oppidum, pag. 181. f. Hyrcaniæ videtur, circa mare Caspium.
- Arus* vicus, pag. 604. f. videtur esse Samariæ regionis, non longe à Samaria urbe.
- Asca* urbs, pag. 586. Arabiæ felici, de qua Strabo lib. 16. pag. 538.
- Ascalon*, pag. 64. m. urbs olim una è quinque Satripiis Philistinorum, maritima, quingentorum & viginti stadiorum spatio ab Hierosolymis distans, in Palæstina, hodie vulgo *Scalona*.
- Ascalonica*, pag. 26. m. Ascalonis civis.
- Ascaniæ* Palus, pag. 161. m. sive Ascanius lacus in Phrygia, in eo sal, quo utuntur accolæ suapte natura concrevit.
- Asheris* tribus, pag. 33. sive Aferitica tribus ad Aquilonem terræ promissionis, ab ortu Tribui Nephthali finitima, ab austro Tribui Zabulon, ab occasu mare concluditur Syriaco & Phœnicio, ab Aquilone monte Libano; Partem Phœnicia occupans.
- Asiododus* idest Azotus, pag. 57. vide infra.
- Asia* major, pag. 224. m. una ex tribus orbis partibus, ad orientem solis posita.
- Asia* minor, pag. 106. f. prioris pars, quæ ab Aquilone Ponto Euxino, ab occalu Mari Ægæo, ab austro Mediterranei maris parte, quæ Pamphilium dicitur, ab ortu vero terminatur Euphrate fluvio, inter ejus Provincias quædam Asiæ nomine gaudent nunc vulgo *Anatolia* sive *Natolia*.
- Asia* proprie dicta, pag. 409. m. pars Asiæ minoris ad occasum, quæ mari Ægæo alluitur; Bithyniam habens ab Aquilone, ab ortu Phrygiam, ab austro Cariam.
- Asia* Lydiaca Asiæ proprie dictæ pars, pag. 672. in qua Lydia continetur.
- Asia* Pergamena Asiæ proprie dictæ pars circa Pergamum urbem.
- Asia* continens, pag. 374. alias Epirus Asiæ, sic Asia minor appellatur, & aliquando etiam Cherronefus dicta est, cum sit mari in modum peninsulæ cincta.
- Asia* superior, pag. 229. hac voce usus est Herodorus lib. 1. cap. 95. ut majorem Asiæ exprimeret aut saltem ejus præcipuam partem.
- Asianus*; ex Asia oriundus.
- Asiaticum* mare, p. 431. quod Asiæ minorem alluit, præcipue mare Ægæum, cui exposita est Asia proprie dicta.
- Asinensis* Neo, pag. 133. m. ex urbe Asine oriundus; plures fuere hujus nominis urbes, hæc sermo de Asine Laconica, aut de Messenica.
- Asochis*, pag. 382. m. urbs Galilææ in Tribu Zabulon, inter Cana Galilææ & Sephorim.
- Asophon*, pag. 382. m. quæ & Asephon, urbs in dimidia tribu Manasse, intra Jordanem, non longe ab eodem Jordane fluvio.
- Asor* campus, pag. 361. prope civitatem olim Regiam Asor, quæ postea fuit in Tribu Nephthali, non longe à finibus tribus Afer, una ex urbibus Decapoleos, nunc vulgo *Antiopia*.
- Aspendus*, pag. 120. urbs Pamphylia prope Eurymedontem fluvium, sexaginta stadiis à Mari distans, de qua Strabo lib. 14. pag. 459.

*Aspendus*,

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Aspendius*, civis Aspendi.
- Asphaltitis* lacus, pag. 5. *m.* sic à Bitumine dictus, & à sale mare salum, dicitur quoque mare mortuum; inter Tribum Juda ad occidentem & partem tribus Ruben ad Orientem; à Stephano Byzantio Mare Zoara dicitur, à Nubiensi Mare Zogor, mare Sadum & Amur.
- Asphar aqua* 347. lacus in Tribu Juda inter Gabaa & Janoc.
- Aspidij*, pag. 143. legendum Aspendij, cives urbis Aspendi.
- Aspij*, pag. 191. *f.* populi Indiæ, cis Choen fluvium.
- Aspis*, pag. 445. in Ponto Asiæ minoris regione.
- Assacani*, pag. 193. medio è superioribus lineis constat eisdem esse cum Assacenis, pag. 194. *m.* adhuc Assacani nominantur.
- Assaceni* sive Assacani, pag. 192. *f.* & pag. 197. *m.* populi Indiæ ultra Gureum fluvium, quorum regionis maxima Urbs Massaga.
- Asseteri*, pag. 202. *m.* sic vocabantur quidam Alexandri milites; & proinde nomen non videtur esse alicujus nationis.
- Assesus*, pag. 66. urbs Cariæ non longe à Mileto versus Austrum, ubi olim Minervæ fanum.
- Assum* in vulg. Edit. Act. 27. cap. 13. locum esseasserunt ad oram Australem Cretæ insulæ; alij vocabulum, adverbiale græcum quod tantum prope significat.
- Assus* urbs, pag. 149. & pag. 155. *f.* urbs maritima Asiæ minoris in finibus Troadis & Mysiæ, insulæ Lesbos exposita, quæ etiam teste S. Hieron. Apollonia fuit appellata hodie *Assos*.
- Assyria*, pag. 44. *f.* quæ etiam Aturia & Atyria pag. 174. Regio ampla majoris Asiæ, habens à septentrione majorem Armeniam conterminam, ab ortu Mediam, à Meridie Susianam & Babyloniam, ab occasu Tigridis fluvium, quo à Mesopotamiâ fecernitur, hodie *Diarbeck*.
- Assyri* populi Assyriæ, quorum Imperium alias adhuc complectebatur regiones, puta Syriam, Mesopotamiam, Chaldæam, &c. pag. 6.
- Astaceni*, pag. 242. *f.* quorum urbs Astacus.
- Astacus*, pag. 58. & 271. *f.* v. Nicomedia.
- Astypalans*, pag. 201. incola Insulæ
- Astypalea* dictæ, quam Stephanus Byzantius inter Cycladas, Strabo lib. 10. pag. 336. inter Sporadas recenset, in mari Carpathio; septem milliariis à Creta insula sibi Australi distans, hodie *Stampalia*.
- Atabyrium* oppidum, pag. 280. vide Thabor.
- Atarena* regio, pag. 585. *f.* & pag. 586. Regio felicitis Arabiæ, quæ Nomadum Arabum erat, cujus rex erat Sabus.
- Atarna*, pag. 136. Atarneus Mysiæ locus, pag. 80. *f.* & Aterneus pag. 122. *f.* nec non Atarnum oppidum Mysiæ, in Asia minori, ad Hellespontum, è Regione Lesbos.
- Atarnis*, pag. 94. *f.* Provincia sive regio Mysiæ, circa præfatum oppid. Atarnum.
- Atequa*, pag. 508. oppidum Hispaniæ Bæticæ excelsum, olim prope urbem, quæ nunc *Alcala Real*.
- Athene*, pag. 77. *m.* urbs Græciæ Clarissima & Atticæ metropolis atque Academia, ad Ilissum fluvium, prope sinum Saronicum, nunc vulgo *Setines* cujus arx Acropolis dicta, pag. 100. *m.*
- Athenienses*, Athenarum populi.
- Athlula* sive Athrulla, pag. 586. insignis urbs felicitis Arabiæ, de qua Strabo lib. 16. p. 538.
- Atio mons*, pag. 96. & pag. 322. *f.* in Thraciæ & Macedoniæ confinibus seu potius in ipsa Macedonia, in mare Ægeum maxillæ ad instar sese extendens; nunc hodie *monte santo*, à Turcis *Monastir* appellatur.
- Atione*, pag. 441. *m.* urbs Atabum, in Palæstina, ut ex Josepho Antiq. lib. 14. cap. 2. colligi potest.
- Atlanticum* mare, pag. 446. *f.* pars Oceani Occidentalis, occidentæ Parti Africæ vicina, ubi Atlas mons, à quo nomen illi datum.
- Atamytium* vide Adramytium.
- Atropatena*, pag. 551. *f.* & Atropatia, pag. 229. *f.* quæ ibi Media minor esse dicitur; Media etenim pars erat Occidentior; ab occasu Armeniam majorem habens, à qua fluvio Araxe separabatur; ad Aquilonem Mare Caspium, ad ortum alteram Mediæ partem, ad Austrum ejusdem Mediæ partem Matianam dictam, hodie vulgo *Servan* seu *Schirvan*.
- Attalibus*, pag. 287. *f.* sive Attalis & Attalia, prius dicta Antigonis, quæ cum tribu Demetriade aliis decem Atticæ tribubus addita est.
- Attalia*, pag. 489. urbs Pamphylia (non Cilicia oppidum) maritima ad ostia Catatractis fluvij, quem ad ortum habet & vicinam Olbiam urbem ad occasum, nunc *Satalia*, Turcis *Santali*.
- Attalenses*, pag. 406. *m.* Attaliae urbis cives.
- Attæna*, pag. 586. *f.* urbs Æthiopiæ sub Ægypto, de qua Plinius lib. 6. cap. 29.
- Attica*, pag. 7. sive Attica terra, pag. 95. *m.* nobilior Græciæ pars, prius Jonia dicta, Boeotiæ contigua, fere undique mari Ægei exposita, hodie ab Italis *Ducato di Serbines* appellatur.
- Aturia & Atyria*, pag. 174. vide Assyria.
- Ava*, pag. 57. *v.* Jvua.
- Avenis* convallis, pag. 52. col. 1. *f.* in vulg. editione Amos cap. 1. versu 5. pro his verbis legitur, Campus Idoli.
- Augusta*, pag. 592. vide Paphus Cypri.
- Augusta*, pag. 583. *m.* v. Samaria.
- Aulon Cilicius*, pag. 402. *m.* urbs inter Moabiticæ enumerata à Josepho Antiq. lib. 13. cap. 23. p. 462.
- Auranitis*, pag. 585. *m.* regio in dimidia tribu Mannasse trans Jordanem ab Aran urbe, sita inter Cæsaream Philippi & Damascum, sic nominata.
- Ausonia*, pag. 590. *f.* priscum Italiae nomen.
- Austri Reges*, pag. 255. *f.* vide supra Reges Aquilonis.
- Autari*, pag. 266. & Autarij, pag. 265. *f.* iidem, qui Autariatæ, populi Illyrij, de his Strabo lib. 7. pag. 218. Scylax in Periplo dicit lacum amplum, qui ad superiores partes Naronis fluvij est, pertingere usque ad Autariatas.
- Automula* in occidentali Cyrenaicæ termino, pag. 249. *m.* ubi sane Automalax castrum, in intimo scilicet & australi Syrtis majoris recessu, de quo Ptolemæus Geog. lib. 4. cap. 4.
- Auxiani* lege Uxiani.
- Azeza*, pag. 22. & 72. *f.* in vulg. edit. *Azeza* & *Azecha*, civitas Tribus Juda, in finibus Dommin, de ejus situ plurimum discrepant celebriores Geographi.
- Aziritus*, pag. 63. *f.* locus, ut ait Herodotus lib. 4. cap. 157. in Libya, è regione (Platae) Insulæ amænissimis collibus utrinque conclusum, & utrinque flumine præterlabente est Azilis seu

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Aziis Stephanii Byzantii, Axylii Ptolem. lib. 4. cap. 5, nunc *Fofeli* sive *Forcella*.
- Axotum* & *Azorus*, pag. 27. *Axotum* pag. 244. f. *Azorus* 6. f. urbs insignis una è quinque Satrapiis Philistinorum in Palaestina, media inter Accaron & Geth; in districtu postea tribus Dan. hodie villula vulgo *Alxette*.
- Azotus* mons, pag. 347. mons urbi Azoto vicinus.
- ## B.
- Baal-Gad*, pagina 23. locus in campo Libani, sub monte Hetmon, in finibus tribus Afer, ad Septentrionem & Occidentem; quem urbem & montem facit Adrichomius.
- Baal-Zephon*, pag. 12. f. in vulg. edit. Exodi cap. 14. v. 2. Beelsephon, locus Aegypti ad mare Rubrum, contra Magdalem & Phihahiroth.
- Baala*, vide Kiriath-Baal.
- Babel*, pag. 3. quod confusionem significat. & p. 61. m. locus in campo terræ Sennaar, in quo turrim homines edificare ceperant.
- Babylon* & *Babylonia* urbs & Turtis, pag. 3. m. civitas Assyriæ metropolis & maxima ad Euphratem fluvium, excisa, cujus tamen rudera visuntur, ubi nunc *Felonia*, huic successit urbs *Bagdet* ad Tigrim fluvium.
- Babylonia* regio circa Babylonem, hoc vocabulo in Sacris scripturis sæpe regnum Assyriorum intelligitur.
- Babyloni* Babylonis regionis incolæ.
- Babylonicum* mare, pag. 424. m. hic intelligi debet sinus Persicus.
- Bacchium* insula urbi Phocensium imminens, p. 296. f. prope Eolidem minoris Asiæ, in Smyrnae sinu.
- Bactra*, pag. 184. f. & 106. urbs, quæ etiam Zariasp dicebatur, super ejusdem nominis præterfluentem fluvium sese in Oxum exonerantem, quæ regionis maxima, ipsi etiam nomen dedit, creditur esse quæ nunc *Termend*.
- Bactra* & *Bactria* & *Bactriana* regio majoris Asiæ, quæ referente Ptolemeo Geog. lib. 6. cap. 11. confinem habebat ab occasu Margianam; ab Aquilone & ortu Sogdianam partemque Oxi fluvii; ab Austro Ariam: regiones complexa, quæ nunc *Mauranabar* seu *Vshk* & partem *Corasan* regionis; ejus pars quæ ad occasum citerior, quæ ad ortum ulterior vocabatur pag. 224.
- Bactri* & *Bactriani*, *Bactria* seu *Bactriana* populi, qui etiam *Bactrii* dicti, pag. 583. f. p. 24. m. & 84.
- Badaca*, pag. 230. urbs Susianæ regionis, ad Eulæum fluvium sita.
- Baise*, pag. 652. m. Campaniæ oppidum maritimum, suis aquis calidis & salubribus celebre, nunc *Baia*.
- Bajanus* sinus prope Bajas, qui nunc *Golfo di Pozzovo* nominatur in terra Laboris dicta.
- Bagistane* rego, pag. 215. f. videtur fuisse inter Babyloniam urbem & Mediam regionem, ubi mons *Bagistanus*.
- Balearicum* mare 431. m. circa Baleares Mediterranei maris, non longe ab Hispania, insulas; nunc *Mare del Majorca y Minorca*.
- Balissus* rivus, pag. 473. f. brevis & angustus in Assyria; in Mesopotamia erat, quæ plerumque tribuitur Assyria.
- Bambyce*, pag. 472. m. v. Edessa.
- Bamoth*, pag. 19. in vulg. editione Bamoth, locus in Campo Moab; ubi postea Tribus Ruben.
- Barabtra*, p. 154. m. & 251. m. voragine inter Aegyptum & Palaestinam, sive loca palustria & cœnosa, circa Sirbonidem paludem & Casium montem, quæ etiam dicta Typhonis exhalationes, nunc *Golfo di Damiat*.
- Barcei*, pag. 85. & p. 225. f. populi Libyæ, Cyrenaica regioni versus Austum finitimi & Mediterranei; quibus Hesperidum horti erant ad occasum, quorum urbs Barce apud Ptolem. Geogr. lib. 4. cap. 4, qui eos *Barcitas* appellat.
- Barcavi*, pag. 162. qui à Stephano Byzantio *Barcanii* dicuntur, & gens Hyrcanis contermina.
- Barce*, pag. 207. f. urbs ab Alexandro condita circa ostia Indi fluvii, forsitan Barace urbs in insula cognomine, ad ejusdem fluminis ostia, de qua Ptolem. Geogr. lib. 7. cap. 1.
- Barcenes*, pag. 225. prælaudati Libyæ *Barcavi*.
- Bargylia*, pag. 286. f. plurali num: quæ & *Bargyla*, urbs Caria, quam Andanum vocabant *Cares*, inter Jassium & Myndum, mari Aegæo exposita, de ea Ptolem. lib. 5. cap. 2.
- Bargyllericus* sinus, maris recessus prope Bargylia urbem, qui ab Jasso etiam *Jassicus* appellatur.
- Basan*, pag. 19. f. Regnum seu regio, quæ prius terra *Raphaim*, idest Gigantum, dicta, trans Jordanem, data postea dimidiæ Tribui Manasse: ejus termini à Meridie tortens *Jaboc*, ab occasu Jordanis fluvius, ab Aquilone montes Libani & Hetmon, ab Oriente Arabia deserta.
- Basca* sive *Bascama*, pag. 362. f. locus in Galaaditide regione, in Tribu videlicet *Gad*.
- Basilii*, pag. 408. id est regii populi Sarmatarum in Europa, prope Jazyges; de quibus Strabo lib. 7. p. 212.
- Basira*, v. *Bursia*.
- Bastarna*, pag. 388. & *Basternatum* gens p. 266. Germaniæ prius populi, ut *Cluver* asserit lib. 3. *German. Antiquit.* cap. 43. qui ad Danubii ostia venientes, *Peuce* insulam habitarunt, illis terminos assignat ab Aquilone *Aprum* fluvium & *Amadocem* lacum fluviumque ex eo defluentem; ab ortu Pontum *Enxinum* & *Istri* Ostia; à meridie eundem fluvium, ab ortu *Asciburgum* montem; ibi nunc *Podolia*, *Bessarabia*, *Moldavia*; & *Valachia*.
- Batana*, pag. 175. m. de *Bactria* sive de *Eubactria*; locus prope Euphratem, ut ait *Stephanus Byzantius*, non *Ecbatana* Mediæ metropolis.
- Batana*, pag. 585. m. & pag. 602. m. &
- Batanea*, pag. 289. & pag. 466. m. regio trans Jordanem, in dimidia Tribu Manasse sita, *Trachonitidi* ab Aquilone, *Gaulonitidi* ab ortu confinis.
- Bathanatii* via, pag. 266. tractus circa Danubium fluvium ad confluentes ejusdem & *Sarwitzæ*, supra ostium *Dravi* fluvii; ubi hodie *Barbasick*.
- Bathyra*, p. 598. m. urbs in *Trachonitide* à *Babyloniis* habitata, ea propter ejus incolæ *Babylonii* sunt appellati.
- Bazaria* regio vel *Basitis*, pag. 188. f. regio *Scythiæ Asiæ*.
- Bazira*, pag. 193. m. urbs opulenta & munita circa Indi fluminis partes superiores.
- Bazirenes* prælaudate urbis incolæ.
- Beatorum* insula, pag. 86. *uaxi par vior*, regio inter Aegyptum & Libyam, ubi *Oasis* urbs & aliæ duæ urbes ad instar insulæ in mediis arenis.

## INDEX GEOGRAPHICVS.

- Beersheba*, pag. 27. m. in vulg. edit. primi Regum 8. versu 2. Bersabee, hæc non videtur Bersabée terminus terræ promissionis ad Austrum, de qua passim in scripturis, sed Bersabee, quæ terminus est superioris Galilææ & inferioris, in Tribu Zabulon, de qua ibid. Adrichomius.
- Beerum*, pag. 19. in vulg. edit. num. 21. v. 16. res per Beer significata videlicet puteus exprimitur, erat prope Ar seu Aroet in finibus Moabitarum.
- Beersheba*, pag. 5. terminus terræ promissionis ad Austrum, in Geraritica regione.
- Bela seu Zoar*, pag. 4. in vulg. edit. Genes. 14. v. 2. *Rex Bala, ipsa est Segor*. civitas regia, una è quinque urbibus Pentapoleos, eaque minima, sola ab incendio liberata, quæ Syriacè Zoar dicta, ad oram occiduam maris mortui; postea intra fines tribus Juda, tempore S. Hieron. Balezona dicta; postea vulgo *Palmer*. Seor vocatur à Luca Holstenio.
- Bellovacensis*, pag. 155. m. ortus è Bellovaco civitate Belgicæ secundæ, in Gallia, quæ nunc vulgo *Beauvais* ad Theram fluv. in insula Franciæ.
- Bene-Jaakan*, pag. 16. f. live Beeroth Bene-Jaakan, putei filiorum Jaakanis. in vulgata editione Deuter. 10. vers. 6. Beroth filiorum Jaacan, in Mosera, ipsa est Benejaacan, de qua num. 33. vers. 31. inter Moseroth & montem Gadgad: vigesima octava statio filiorum Israel.
- Benjamin* sive Benjaminitica tribus, pag. 24. in medietate terræ promissionis sita, à meridie & occasu tribui Juda. contermina, à Septentrione tribui Ephraim, & ab ortu Jordane fluvio à tribu Ruben separata.
- Beeran*, pag. 347. alias Beerzath, apud Joseph. Antiq. lib. 12. Berzethum locus superioris Galilææ, in tribu Nephthali, prope Arbella.
- Bernice*, pag. 257. m. & Bernice pag. 355. f. urbs Epiri, in Epiri Cheroneso, è regione Corcyræ insulæ.
- Bernice* urbs Libyæ, pag. 407. f. urbs una ex quinque Pentapoleos Libyæ, quæ & Hesperides dicta à Prolem. Geogr. lib. 4. cap. 4, eadem ac Barce, de qua supra, verbo Barcei.
- Beroea*. Act. 17. versu 10. urbs Macedoniæ, inter Thessalonicam & Candavios montes, non longe à Ludias fluvio, in Emathia regione, hodie vulgo *Veria*.
- Berocensis*, Berocæ incolæ.
- Berthea*, p. 258. m. Berthæa p. 341. urbs totius Syriæ maxima; quam asserunt esse eam, quæ nunc sub *Alep* nomine celebratur.
- Bertheus*, pag. 171. urbis hujus civis.
- Berutius*, pag. 25. f. Berytius Beryti civis.
- Berytus*, pag. 341. m. & 279. Colonia & urbs Phœnicæ maritima & emporium celebre, hodie vulgo *Baruti*.
- Berytius*, accola Beryti.
- Besaris* torrens, pag. 28. f. Besor, qui in tribu Juda enascens, & per fines tribus Simeon, Austrum versus defluens, ad urbem Majumam mare Mediterraneum ingreditur.
- Bethabara*, pag. 620. m. in vulgata lectione Joannis 1. v. 28. legitur Bethania; Bethaniæ nomine Bataneam de qua supra appellatam asserit Adrichomius. Bethabara locus erat ad Jordanis Orientalem ripam, in tribu Ruben.
- Bethalagan*, pag. 349. f. vide Bethbasis.
- Bethania*, pag. 629. f. oppidum seu Castellum juxta Jerosolymam quasi stadiis quindecim, versus Orientem, in tribu Benjamin.
- Bethbasis*, pag. 349. f. in vulg. edit. primi Machab. 1. versu 62. Bethbessen, apud Josephum Bethalagan, civitas in deserto, forsitan deserto *Quarentana*, in tribu Benjamin.
- Beth-Dagon*, pag. 357. id est Domus Dagon, Idoli fanum apud urbem Azotum, de qua supra.
- Beth-Diblathaim*, v. Almon Diblathaim.
- Bethel*, pag. 4. f. antea Luzi in vulg. edit. Luza civitas, quæ proinde sæpius Bethel-Luza dicta, olim Regia, postea data tribui Benjamin. Bethel domum Dei significat, sed cum à Jeroboam mons in quo sita erat Idolis pollutum fuisset, dicta est Bethaven id est domus Idoli.
- Bethelita*, pag. 34. col. 2. civis Bethel.
- Bethesda* piscina, pag. 595. apud urbem Jerosolymam, quæ in novo testam. Piscina probatica appellatur.
- Beth-horon*, pag. 346. m. & Bethoron pag. 662. f. civitas, quæ Bethoron inferior dicta, ad superioris discrimen, in tribu Benjamin, hodie *Bethar*.
- Ascensus Beth-horonis* in Judæa, p. 333. m. sermo hic est de prælaudata Beth-horon.
- Beth-Jeshimoth*, pag. 19. quæ etiam Beth-simoth, & Beth-simon, civitas in Campestribus Moab, ad Aquilonem, quæ postea in tribu Ruben.
- Bethlehem* & Bethlehemum, pag. 8. & p. 28. Judææ, quæ urbs Davidis, quæ in scripturis Lehem & Lahem & Ephrata; in tribu Juda 7. milliariis Jerosolymâ distans versus Austrum, Salvatoris Domini Nostri Jesu Christi nativitate celebris.
- Bethlehemita*: civis Bethlehem.
- Bethoron*, vide supra Beth-horon.
- Beth-peor*, pag. 21. m. in vulgata editione Deuter. cap. 34. versu 6. tantum, *Phogor*, & ejusd. Deuter. cap. 4. vers. 46. fanum Phogor, in terra Sehon regis Amorthæi, & Josue 13. vers. 20. Bethphogor, in Moabide regione, postea in tribu Ruben.
- Beth-phage*, pag. 650. m. in vulg. edit. Beth-phage, viculus sacerdotum Jerosolymis proximus, ad radices montis Oliveti, Orientem versus.
- Bethsaida*, pag. 620. f. civitas Galilææ, una ex decem Decapolitane regionis ad maris Tiberiadis ripam Septentrionalem & Occiduam, in districtu tribus Zabulon, quæ postmodum fuit Julia appellata.
- Bethsan*, pag. 280. & 339. v. Scythopolis.
- Bethshemeshum*, pag. 43. m. urbs tribus Juda, Levitica facta & confugii, quæ in vulg. editione Bethshemes dicta, id est domus solis, fuit etiam Abel magnum, id est Planctus magnus appellata.
- Bethshemeshta* ejusdem urbis incolæ.
- Bethsur*, pag. 334. f. & 335. f. civitas Juda milliario aut quinque tantum stadiis Jerosolymâ distans Austrum versus, in rupe sita & munitissima.
- Bethsurani* urbis præfatæ cives.
- Bethulia* alias Beth-hogia, p. 63. civitas tribus Zabulon in altissimo monte posita, Holophernis oppugnatione, & cæde notissima.
- Bethzacharia*, pag. 340. m. in vulg. edit. primi Machab. 6. versu 32. Bethachara, civitas in districtu tribus Juda, ad Aquilonem.
- Bezeth* sive Beth-zetha, pag. 344. f. in vulg. edit. 1. Machab. cap. 7. vers. 19. *Bezetha* locus situs ad Jordanem, in dimidia tribu Manasse, quæ intra Jordanem erat.
- Bezetha*, pag. 683. vide Canopolis.

INDEX GEOGRAPHICVS.

- Beudos* vetus, pag. 300. Beudos, quod vetus, significat, oppidum Phrygiæ, diei itinere Synnadis distans, versus Galatiam, idest Aquilonem versus.
- Bithynia*, pag. 58. *m.* regio Asiæ minoris, quæ cum Ponto una Provincia effecta (Ponto ad ortum sito, Bithyniâ ad occasum) terminatur à Septentrione mari Pontico sive Euxino; ab ortu Galatia, à meridie Asiâ proprie dicta, ab occasu Propontide: prius Bebrycia dicta, etiam Thracia Asiatica nunc vulgo *Bolli*.
- Bithyni*, pag. 61. *f.* Bithyniæ populi.
- Bithynum* mare, pag. 17. *m.* quod circa Bithyniam.
- Boii* Galli, pag. 269. *m.* populi regionis, quæ nunc vulgo *le Bourbonnois*, cuius urbs Molina *Molins* caput, habens ab Aquilone Biturigiam & Nivernense territorium, ab ortu Burgundiam, à meridie & occasu Averniam.
- Bononia*, pag. 526. *f.* urbs Galliarum Togatæ in Emilia, quam Rhenus *Reno* amnis fossâ deductus intus irrigat, nunc *Bologna*. in Romandiola.
- Borhamæ*, pag. 447. munitio seu receptaculum prædonum, ad Libanum montem, de quo Strabo lib. 16. pag. 520.
- Borysthenes* urbs, pag. 63. ad Ostia Borysthenis fluvii, ripam videlicet dexteram & occidentem; & ad litus Euxini maris; quæ etiam Olbia appellata fuit, nunc vero *Oczacovv*. condita anno Mundi 3349.
- Boscahea* Idida, pag. 61. in vulg. editione 4. Regum cap. 22. versu primo *Idida de Bescab*, apud Septuag. Interp. *Βουρβη*. Abulensis in hunc locum dicit debere intelligi urbem Bascath, de qua Josue 15. versu 39; quæ à S. Hieron. Bascath appellatur, quæque civitas est tribus Juda.
- Bœotia*, pag. 202. *f.* regio Græciæ; cuius limites ab Austro Attica & pars sinus Corinthiaci; ab occasu Phocis; ab Aquilone Locri Opuntii; ab ortu pars maris, quod Euripus appellatur, hodie vulgo *Stramulita*.
- Bœoti*, pag. 100. *m.* Bœotiæ populi.
- Bospora*, pag. 337. *f.* in vulg. editione 1. Machab. cap. 5. versu 26. Barasa in textu Græco Bospora, civitas munita & magna, in Galaaditide regione in tribu Gad.
- Bosor*, pag. 337. *f.* & 338. civitas in tribu Ruben, in terra Campestri, sita juxta desertum, ut censet Adrichomius.
- Bosphorus*, pag. 392. *m.* duo sunt Bosphori: hic sermo est de eo, qui
- Bosphorus* Cimmericus, pag. 101. fretum, quod inter Chersonesum Tauricam ad Occidentem & Sarmatiam Asianam ad Orientem, & intra Mæotim Paludem ad Septentrionem, ac Pontum Euxinum ad Meridiem, hodie vulgo *Vosphero* seu fretum *de Cassa*. nec non Gallice *la bouche de S. Jean*.
- Bosphorani*, pag. 592. hujus Bosphori incolæ, sic quoque pag. 401.
- Botrys*, pag. 280. & 447. urbs Phœniciæ maritima infra montem Libanum, intra Byblum ad Austrum, à qua milliaris quatuor distat & Theoproposon ad Aquilonem. de ea Ptolem. Geog. lib. 5. cap. 15.
- Botticæ*, pag. 102. *m.* populi Thraciæ, quorum nihilominus regio in Macedonia collocatur, circa Pelam, ad litus Thermaici sinus, sive Thessalonicensis.
- Botzia* vicus, pagina 256. locus, ubi postmodum Antiochia Syriæ cognomento magna fuit extracta.
- Brachmanum* gens, pag. 106. & Brachmanum urbs, pag. 202. *f.* non solum Philosophi, sed gens quæm Ptolemæus lib. Geogr. 7. cap. 1. in India intra Gangem collocat, & eorum urbem Brachme appellat, hæc de qua pag. 202. diversa esse debet à Sindomana, de qua pag. 105. *f.*
- Branchida*, pag. 80. & 104. locus, ubi oraculum Apollinis Didymæi in Caria, cuius incolæ Miletum fugerunt, & prope hanc urbem oppidum, ab eis Branchidarum dictum, extruxerunt, de quo pag. 183. *m.*
- Britannia*, 476. *f.* insula Oceani Septentrionalis Galliarum vicina; Angliam & Scotiam complectens, quæ à Ptolemæo Albion dicta, nunc vulgo Britannia major.
- Brixensis*, in Præfat. civis Brixie civitatis, quæ Colonia olim & urbs Cenomanorum in Gallia Cisalpina, apud Melam fluvium, nunc vulgo *Brescia*.
- Brochi*, pag. 277. *f.* Castellum situm in angustiis, quæ ad radices sunt montium Libani & Antilibani. de eo Polyb. lib. 5. Hist. pag. 390.
- Bruchium*, pag. 266. *f.* pars urbis Alexandriæ, in qua anno Mundi 3727. Ptolemæus Philadelphus egregiam Bibliothecam instituit.
- Brundisium*, pag. 301. urbs Italiæ olim in Salentinis, ad Adriaticum mare sita, nunc vulgo *Brindisi*, in territorio Hydruntino.
- Bruttii*, pag. 217. *m.* populi Italiæ, ubi nunc Calabria tum citerior tum ulterior; quibus occasum versus adjacet Sicilia insula, versus Austrum sinus Tarentinus.
- Bubacene*, pag. 191. majoris Asiæ regio.
- Bubastis* urbs 62. quæ Bubastus, pag. 154. *f.* urbs Ægypti ad Orientalis Ostii Nili ripam Orientalem; videtur esse, quæ hodie *Aziot*.
- Bucephale* sive Bucephalia, pag. 197. urbs ad Hydaspem Indiæ fluvium, ab Alexandro condita, quæ hodie *Lahor*. in Provincia de *Pengab*.
- Bumadus* sive Bumellus amnis, pag. 171. *m.* & Bumellus pag. 173. *f.* fluvius Assyriæ, ad quem situs erat Gaugamela vicus, non longe ab Arbēllis.
- Bursia*, pag. 217. (fortasse Basia Ptolemæi) urbs trans Euphratem olim deserta, ducentis stadiis Babylone distans.
- Burus* sive Buros, pag. 8. urbs Ægypti & totius Deltae metropolis, ad Pharmaciacum fluvium Nili ostium, de qua Ptolemæus lib. 4. cap. 5.
- Bybli* urbs munitissima Ægypti, in insula Nili Propontide posita pag. 109. *f.*
- Byllis*, pag. 520. *m.* urbs Elymiotarum in Macedonia, maritima ad mare Ionium seu Adriaticum; illam Stephanus Byzan. Illyrio tribuit quia hæc Macedonia pars Illyrio pariter attribuitur.
- Byzantium*, pag. 93. urbs Thraciæ ad Bosphorum Thracium, in Europa sita; quæ postmodum Constantinopolis appellata, caput Imperii Orientalis effecta est; nunc vulgo dicta *Stamboli*.
- Byzantii*, pag. 95. & Byzantini, pag. 113. *m.* prælaudatæ urbis incolæ.

INDEX GEOGRAPHICVS.

C.

- C** *Abala*, pag. 440. f. vel Gabala urbs Ciliciæ in Asia minori.
- Cabira* numero plurali, pag. 415. 417. f. & 456. urbs Armeniæ minoris, ad latus montis Paryadris, 150. stadiis ab Eupatoriâ sive Magnopoli versus Meridiem; in ea fuit Mithridatis Regia, quam Pompeius ad urbis formam adornavit ac Diopolim nominavit. Auxit Pythodoris uxor Polemonis, & Augustam nominavit. vide Strabonem lib. 12. pag. 383.
- Cabul*, pag. 33. in vulgata editione 3. Reg. 9. v. 13. Chabul, pro qua dictione apud septuag. interpret. est vocabulum *terminus*, regio in terra Galilææ, sive tribu Afer, viginti oppida complectens, hodie *Zabul*.
- Cabulo* mons in fine operis, in promissionis terra, in quo cæsa sunt Judæorum duo millia.
- Cachetes*. v. *Caleces*.
- Cades* sive *Cadesus*, pag. 361. quæ in tribu Afer, quam Josephus *Cedafam*, alias *Cedeslam* nominat.
- Cadmea*, pag. 158. arx urbis Thebarum Bæoticiæ, à qua cives nonnunquam *Cadmæi* sunt appellati.
- Cadra* collis, pag. 646. f. apud juga Tauri montis, prope Ciliciam asperam.
- Cadusii*, pag. 78. f. & 145. m. populi, quos Strabo lib. 11. pag. 360. dicit habitare Septentrionalem partem Mediæ Atropatene dictæ, prope Australe maris Caspii litus, regio, quæ nunc *le Schirvan*.
- Cadusianum* bellum, contra *Cadusios*.
- Canopolis*, pag. 683. sive *Bezetha*, id est nova civitas, erat pars quarta civitatis Jerusalem propriis muris cincta.
- Cæsarea*, pag. 381. m. 452. f. 587. m. vulgo *Cæsarea* *Palæstina*, maritima, prius *Turris Stratonis* dicta; à *Vespasiano* *Flavia* *Colonia* prima nominata; intra limites dimidiæ tribus *Manasse*, hodie vulgo *Caisar*.
- Cæsarea*, pag. 614. urbs *Cappadociæ* metropolis, prius *Mazaca* dicta, quam *Tiberius Imp.* *Cæsaream* appellari voluit, cognomento magna, apud *Mela* amnis ortum & *Argæi* montis radices, hodie vulgo *Tifaria* & *Caisar*.
- Cæsarea* *Philippi*, pag. 625. f. ipsa est, quæ prius *Lais* seu *Laisa* dicta, postea *Dan*, deinde *Paneas* & *Diospolis*, post *Cæsarea* *Philippi*, tandem *Neronias*, ad fontes *Jordanis* fluvii, in finibus *Cælesyriæ* & ad montis *Libani* radices sita, nunc excisa, vulgo *Belina* seu *Belenas*, quibusdam *Bolbec*.
- Cæsarea* *Mauritaniæ*, pag. 587. m. sive *Julia* *Cæsarea*, prius *Iol*; aliquando *Neocæsarea* dicta, *Mauritaniæ* *Cæsariensis* primaria, maritima, nunc *Alger* incolis *Gezeir*.
- Cæsareum* nemus, pag. 606. sive *Cæsareum* nemus, locus ad *Tiberim*, *Romæ* vicinus.
- Caicus* amnis, pag. 98. & 296. & *Caycus*, pag. 262. m. fluvius minoris *Asiæ*, qui in *Mysia* decurrens & *Pergamum* præterfluens, sese in *Ægæum* mare ad *Elaiticum* sinum exonerat.
- Caicus* ager, *Mysorum* regio circa *Caicum* fluvium, pag. 94. f.
- Calabria*, pag. 617. hic sermo est de *Calabria* antiqua, quæ regionem *Italiæ* *Hydruntinam* complectebatur, nunc vulgo *Terra d'Otranto* ad mare *Adriaticum* sita.
- Calamina* insulæ fluctuantes in *Lydia* non ventis solunt, sed etiam contis, quo libeat impulsæ, pag. 391. ex *Plin. lib. 2. cap. 95.* in *Calamena* dicto lacu, eadem ac *Saluares*; prope erat *Nympharum Templum* *Nymphæum* dictum.
- Calamus*, pag. 280. locus aut urbs *Phœniciæ*, circa *Berytum* & *Byblum*, de ea *Polyb. Histor. l. 5. p. 412.*
- Calauria*, pag. 429. insula parva, quæ etiam *Eirene*, *anthonia*, & *Hypercia*, in ea celebre *Neptuni fanum*, à quo *Possidonia* est appellata: sita in sinu *Argolico*, prope *Scyllæum* promontorium, nunc vulgo *Sidra*, de ea *Strabo* lib. 8. pag. 254.
- Calchedon*, vide *Chalcedon*.
- Caleces* fluvius, pag. 115. m. apud *Diodorum* *Cachetes*, fluvius *Bithyniæ*, in *Heracleotide* regione, prope *Heracleam* *Ponti*, in *Euxinum* mare sese exonerans, quem aliqui volunt esse *Lycum* (*Bithyniæ*) fluvium.
- Calipsus* vel *Alepus*, pag. 324. m. urbs *Pæonum* in *Thracia*, inter *Amphipolim* & *Samothraciam*; de qua vide quæ fustus observavimus in *Tabul. nostris* *Geogr.* in *Plutarchum*.
- Callatebus*, pag. 97. m. urbs *Asiæ* minoris, de qua *Herodotus* lib. 7. c. 31. quem si legeris, reperies *Callatebum* in *Lydia*, sitam non longe à *Mæandro* fluvio, inter *Colofias* *Phrygiæ* & *Sardeis* *Lydiæ* civitates.
- Callatianus*, pag. 210. m. ex *Callatia* seu *Callatis* oppido *Moesiæ* inferioris, ad *Pontum* *Euxinum* sito, prope *Tomos* versus meridiem.
- Callinocolis*, pag. 274. m. legendum sane *Callinocolis*, urbs *Mesopotamiæ* à *Selencu* condita; forsitan *Callinicum* urbs ad *Euphratem*.
- Callipolis*, pag. 162. m. urbs *Cariciæ*, sicut omnes aliæ ibidem enumeratæ civitates.
- Callivhoe*, pag. 601. f. urbs ultra *Jordanem*, in *Tribu* *Ruben*, quæ prius *Lasa* vocabatur, ubi *Balnea* & aquæ salubres, quæ in lacum *Asphaltitem* effluunt.
- Calpe* portus, pag. 133. m. sive ad *Calpas*, in *Bithynia*, medio itinere inter *Heracleam* *Ponticam* & *Byzantium*, in sinu *Maryandino*, quem *Zagari* vocat *Pinetus*.
- Calpia* vel *Calpius*, pag. 305. m. urbs *Bithyniæ*, quam eandem cum prælaudatâ ( *Calpæ* ) censet *Ortelius*.
- Calvaria* locus sive mons *Hebraice* *Golgotha* alias *Goatha*, mediocriter altus, civitati *Jerusalem* proximus ad *Occidentem* & *Septentrionem*.
- Calybes*, vide *Chalybes*.
- Calycadnium* promontorium, pag. 299. m. in *Cilicia* ad *Calycadni* fluvii *Ostia*, *Sarpedonio* promontorio vicinum.
- Calydnis*, pag. 97. cives *Calydnæ* insulæ, *Carpathii* maris, quam prope *Cnidum* *Cariciæ* urbem collocant aliqui.
- Calyndenses* in *Caria*, pag. 342. f. Cives urbis maritimæ ad sinum *Glaucum* sitæ, cui nomen *Calinda*.
- Cambaia*, pag. 207. urbs hodie sic dicta, ubi *Indus* in *Oceanum* influit regni cognominis metropolis, emporium nobilissimum, quod ea propter *Caurum* *Indiæ* nuncupant, ab ea *Canthi* sinus & *Barigazenus* *Cambaia* sinus appellantur.
- Cambaisenses* *Indi*, Regni *Cambaia* populi.
- Cambusis*, pag. 586. urbs *Æthiopiæ* sub *Ægypto*, de qua *Plinius* lib. 6. cap. 29.

INDEX GEOGRAPHICVS.

- Cambyses fluvius*, pag. 443. *m.* qui ex Albania Asiae montibus enascens, atque in ortum decurrens, Caspium mare ingreditur, Cyro fluvio vicinus est versus Aquilonem.
- Camon*, pag. 26. quem Adrichomius civitatem facit, in Galaaditide, in dimidia tribu Manasse, quae ultra Jordanem.
- Campania*, pag. 514. Regio Italiae, quae olim ab occidente Latium, ab Aquilone Samnites; ab ortu Apuliam & Lucaniam; ab Austro Tyrrhenum mare vicinum habebat; nunc *Terra di Lavoro* cum *Campagna di Roma*.
- Campus magnus*, qui Eldrelon & Mageddo, juxta Dothain & Bethsan, in Galilaea, extendebatur, quae per tribus Manasse, Issachar & Zabulon.
- Canus*, pag. 280. *m.* urbs Caesaryiae, ut videretur, de qua Polybius lib. 4. Hist. pag. 414.
- Cana*, pag. 564. *m.* Caesaryiae locus, de quo Joseph, lib. Antiq. 15 cap. 6.
- Cana Galilaea*, pag. 620. *f.* civitas in tribu Zabulon, inter Ptolemaidem & Carmelum, quae etiam Chana & Cana minor appellatur.
- Canaan terra*, pag. 23. & *Canaanis* terra sive Regio quae & Chanaan; ipsa promissionis terra, cujus fines sic Gen. cap. 10. v. 19. *falsique sunt termini Chanaan venientibus à Sidone Geraram usque Gazam, donec ingrediatis Sodomam & Gomorrhaim & Adamam & Seboim usque Leza.* constat dictam quoque Chanaan fuisse Hebraeorum terram.
- Canaanis*, sive *Chanaan* populi terrae Chanaan.
- Canas*, pag. 294. *f.* sive Canae, urbs Mysiae maritima, non longe à Pergamo & finibus Aelidis.
- Canopus*, pag. 169. male Canapus, pag. 563. *f.* urbs Aegypti ad Nili ostium Heracleoticum, 120. stadiis Alexandria distans versus orientem, quam nunc *Bochus* aut *Bichieri* vocat Zieglerus.
- Cantaber*, pag. 581. *f.* Cantabri, pag. 586. *f.* populi Hispaniae, ad fontes Iberi fluvij & Oceanum Septentrionalem, quorum regio partem Asturiarum, Biscainam & Guipuscoam complectitur.
- Canusium*, pag. 483. *f.* urbs Italiae, in Apulia Peuceetia; excisa, prope quem locum extructa alia est *Canosa* dicta, ad Ausidum *Ofanto* fluvium, in terris Bariensis.
- Capadocia & Cappadocia*, pag. 79. Regio minoris Asiae, habens à Septentrione Pontum Euxinum, ab ortu minorem Armeniam, à meridie Taurum montem, quo à Cilicia & Pamphylia submouetur; ab occasu Galatiam; nunc regiones continet *Tocat*, *Sivas* & *Genech*.
- Cappadoces*, pag. 79. Syri à Graecis sunt nominati; forsitan quia Cappadoces in Syriam sive Palaestinam migraverunt, ut constat ex Deuter. cap. 2. v. 23. & hinc in Patriam aliqui ex eis regressi.
- Capadocius*, qui ad Cappadociam pertinet.
- Caphernaumum*, pag. 622. in vulg. editione Math. cap. 4. & cap. 13. Capharnaum civitas una ex urbibus Decapoleos, Galilaeae metropolis, in finibus tribuum Nephthali & Zabulon, ad ripam dextram & occidentalem fluvij Jordanis, ubi mare Tiberiadis ingreditur.
- Capharsaba* sive *Capharsalama*, pag. 594. *f.* Campus, ubi Antipatris, cujus situm vide supra hoc verbo.
- Capharsalama*, pag. 346. idem campus, ut dictum est, qui Capharsaba.
- Caprae fluenta*, pag. 127. vide supra Aegos potamos.
- Caprea*, pag. 646. *m.* insula Tyrrheni maris, è regione Promontorii Minervae, à Surrento octo millibus passuum distans, Tiberii arce & secessu nobilis, quae nunc vulgo *Capri*.
- Caprima*, pag. 243. *f.* Cariae regionis oppidum.
- Caprus fluv.* pag. 174. in Assyriae Artacena regione, ab Arbelis & Nicatorio monte tanto spatio distans, quanto Lycus amnis, de eo Strabo lib. 16. p. 508.
- Capua*, pag. 330. *f.* & 514. urbs Campaniae excisa, ubi nunc vicus vulgo *Santa Maria*; ad duo milliaria alia urbs extructa est, quae *Capoa* nominatur, in terra Laboris, ad Vulturnum fluvium.
- Caræ*, pag. 215. *f.* ad pagos Caras dictos, ultra Tigrim amnem versus Austrum, prope Sittacenen regionem.
- Coralis*, pag. 507. quae & Calaris, civitas Insulae Sardiniae primaria, in ora australi versus Africam, vulgo *Cagliari*.
- Carcemisus*, pag. 66. in vulg. editione 2. Paralip. cap. 35. versus 20. legitur in *Charcemis juxta Euphratem*; apud septuag. interpret. pro his verbis legitur regio, quae est supra Babylonem; videtur esse urbs Mesopotamiae, quae apud Evagrium lib. 5. cap. 9. *Circum qua (ut ait) Euphrate & Abdera fluvijis circumdata, & ab eisdem velut insula facta.*
- Cardaces*, pag. 163. *m.* Asiae minoris populi.
- Cardia*, pag. 95. & 103. *f.* urbs in Isthmo Chersonesi Thraciae sita, ad maris Aegaei Melanem sinum, excisa, in loco proximo extructa est urbs Lisy-machia nuncupata; vocatur à Ptolemaeo Cardiopolis.
- Cardianus*, pag. 163. *f.* & 235. praelaudatae urbis incolae.
- Carduchi*, pag. 134. *m.* populi majoris Asiae, quos inter Armeniam majorem & Mediam collocat Ptolemaeus; Cadusis vicini versus meridiem.
- Caria*, pag. 82. regio Minoris Asiae, cui Lydia ad Septentrionem, ad ortum Lycia, ad Meridiem Rhodium Mare, Aegaeum vero ad occasum.
- Car*, pag. 145. *m.* Cariae accola, Carae num. plurali.
- Caricus*, pag. 71. *m.* qui ad Cariam spectat.
- Cari Pagi*, pag. 236. *m.* Pagi dicuntur Babyloniae, in Mesopotamia, ut est vero simile.
- Caripeta*, pag. 586. Arabiae Felicis oppidum, de quo Plinius lib. 6. cap. 28.
- Carmania*, pag. 206. *m.* regio Indiae cis Indum fluvium, quae, ut refert Ptolem. lib. 6. cap. 8. in duas divisa erat, quarum una deserta nominabatur; Carmania, ad Aquilonem desertam habebat conterminam, ad Orientem Gedrosiam, ad meridiem Indicum Oceanum, ad Occidentem Persicum sinum & Persiae partem: Carmania deserta à Meridie altera Carmania, ab occidente Persia; ab Aquilone Parthia, ab oriente Aria concludebatur, nunc adhuc vulgo *Kerman* vocitatur.
- Carmani & Carmanj*, Carmaniae populi.
- Carmelius mons*, pag. 402. *m.* & Carmelus mons, pag. 539. *f.* in Tribu Issachar, ad mare, per Tribum Zabulon ad Tribum usque Aser extendebatur.
- Carnaim*, pag. 339. vel Carnion, & Carnain, eadem ac Astaroth, quae etiam Astarothcarnain appellatur, civitas munita in Galaaditide regione.
- Carpasia*, pag. 250. urbs insulae Cypri maritima, ad oram Septentrionalem & Orientalem, non longe ab Aphrodisio, versus Orientem.



## INDEX GEOGRAPHICVS.

- Carra**, pag. 474. *m.* & **Carthæ**, pag. 245. urbs Mesopotamiæ ad Chaboram fluv. sese postea in Euphratem exonerantem sita, quæ in sacris scripturis *Charran*, *Charan*, *Charan*, & *Haran* appellatur, hodie vulgo *Harran* aut *Heren*.
- Carrensis**, prælaudatæ urbis accola.
- Carfenses**, pag. 281. ex Polybij Hist. lib. 5. pag. 420. *Karfen*, gens Minoris Asiæ, circa Æolidem aut Myfiam.
- Carthago Armeniorum** vide sup. Artaxata.
- Carthago**, pag. 81. & 165. *f.* urbs Africæ quondam clarissima à Tyriis primum constructa, Africæ metropolis, maritima, ab Arabibus everfa, cujus locus nunc vocatur *Bersack* aut *Cartin*; ei successit vicina urbs Tunetana.
- Carthaginenses** seu **Carthaginenses** urbis prælaudatæ cives.
- Carystia**, pag. 391. urbs Insulæ Eubœæ, ad radices montis Oche, prius Cheironcia & Agæa dicta, à qua vult Stephanus Byzantius Agæum mare nominatum, sita erat ad meridiem & orientem Insulæ, ad litus maris Mirtoï dicti: hodie vulgo *Carysto*.
- Carystus**, pag. 96. *m.* & 100. *m.* Carystia cives.
- Carystus**, pag. 115. eadem urbs, quæ Carystia.
- Cariani** plurali numero, pag. 363. una ex urbibus Syriæ à Tryphone captis.
- Casilinum**, pag. 514. urbs Campaniæ, ubi Casilius fluvius Vulturum amnem ingreditur; ibi nunc vicus *Casello* dictus, vide notas nostras Geogr. in Plutarchum.
- Casius mons**, pag. 251. *m.* pag. 490. *m.* & Cassius mons, pag. 492. mons prope Pelusium, in Arabia, ad confines Ægypti, ubi Pompeij magni tumulus.
- Casius mons**, pag. 256. in Cassiotide regione Syriæ, de quo Ptolemæus Geogr. lib. 5. cap. 15.
- Caspia Pyla** sive **Porta**, pag. 178. & pag. 645. *f.* licet alij Caspias Pylas alibi collocent, ibi sermo est de Caspiis Portis, quæ in Albania sunt, ad radices Montis Albanæ, versus Caspij Maris occidentale litus.
- Caspium mare**, pag. 155. à Caspiis populis accolis sic appellatum, quod & Hyrcanum appellatur, quod ad instar lacus maximi terris undique cinctum, ab occasu Albaniam; & Caspios; Atropatenam seu Mediam septentrionalem & Hyrcaniam ad austrum, ab ortu eandem Hyrcaniam, ab Aquilone Scythas; nunc vulgo *Mare de sala* aut *de Baku* nominatur.
- Caspin**, pag. 339. in vulg. edit. Mach. 2. cap. 12. v. 13. Caspin, civitas firma pontibus murisque circumseptâ, cum adjacenti stagno duorum stadiorum; hanc in septentrionali parte tribus Dan; non longe à Jamnia collocat Adrichomius.
- Cassandrea**, pag. 264. *f.* & Cassandria, pag. 258. *f.* urbs Macedoniæ prope Thraciæ terminos, maritima, quæ etiam Potidæa nominata, quam Scylax in Periplo ad Pallene Promontorium collocat, hodie adhuc *Cassandria*.
- Castabulum**, pag. 163. alias plurali numero apud Socratem lib. 4. cap. 11. Castabala, urbs Ciliciæ mediterranea, in Syriæ confinio, & urbi Mopsuestiæ finitima.
- Castoli planities**, pag. 123. *f.* sive Castoli Campi, prope Castolum locum Doridis in Caria, & circa Halicarnassum.
- Castra Judæorum**, pag. 500. urbs Ægypti, apud Delta; cum Bubastis civitas vicus Judæorum sit appellata, eandem esse arbitrantur, quæ etiam Castra Judæorum, ejus situm vide supra.
- Catabathus magna**, pag. 345. *f.* & pag. 651. urbs maritima Libyæ, de qua Ptolem. lib. 4. Geogr. cap. 5.
- Catanis Asiæ** promontorium, pag. 126. *m.* non diversus ab eo, ubi urbs Myfiæ Canas, de qua supra, è Regione Maleæ promontorij insulæ Lesbî.
- Cataonia** confinis Cappadociæ, pag. 259. *m.* regio Asiæ minoris, quam Strabo initio lib. 12. Partem asserit Cappadociæ; ejus termini Cilicia ab Austro, à qua Tauro monte separabatur, à septentrione mons Antitaurus, ab oriente Mons Amanus; fuit postmodum Armeniæ minori attributa.
- Cathæi**, Cathæi, Cathari & Calthæi, pag. 198. Indica gens, quorum urbs Sangala, de his Strabo lib. 15. pag. 481. videntur fuisse circa partes superiores Indi fluvij.
- Cava Syria** vide Cœlesyria.
- Caucasus mons**, pag. 64. & 444. quia à Ponto Euxino ad Caspium usque mare Pertingens, & qui versus septentrionem Iberiam & Albaniam à Scythiis separat, hodie vulgo mons *Cocus* aut *Cochias*.
- Caucasus mons**, pag. 184. *m.* v. Paropamisus.
- Cave**, pag. 139. *f.* amplus vicus, qui ex Hist. Græc. apud Xenoph. lib. 4. Bithyniæ esse videtur.
- Caumana**, pag. 209. Alveus Indi fluminis, apud ejus ostia.
- Caunus**, pag. 93. & 113. urbs Asiæ minoris, in Caria, maritima, ad ostia Calbis fluvij, inter Rhodum insulam, & Glaucum sinum, hodie *Rossa*.
- Caunus**, pag. 162. *m.* ejusdem urbis incolæ.
- Caystri campus**, pag. 131. Stephanus asserit Caystrium Campum circa Ephesiæ territorium esse, à Caystro fluvio præterfluente sic dictum; aliis placet urbem esse sic dictam minoris Asiæ, Celænis ad ortum versus Ciliciam.
- Cea insula**, pag. 536. in mari Agæo, quæ Cia & à Strabone lib. 10. pag. 334. Ceos dicta atque inter Insulas Helenam & Cythnum collocata, non longe à Sunio Promontorio; nunc vulgo *Zea* nominatur.
- Cebrene**, pag. 135. *m.* urbs Troadis; à qua vicina regio Cebrenia dicta, de qua Strabo, lib. 13. pag. 410. centum viginti circiter stadiis à veteri Troja distans, orientem hyemalem versus.
- Cecropidum insula**, pag. 392. *m.* & Cecropidæ rates, pag. 606. hic per Cecropidum Insulam Delus significatur, & rates Atticæ sunt à Cecrope Cecropidæ dictæ; vide infra Delus.
- Cedreæ**, pag. 126. *f.* Caria oppidum, ad Cerameum sinum, ut videtur, situm.
- Cedrenenses**, Cedreæ incolæ.
- Cedron torrens**, pag. 361. *f.* alias Kidron, pag. 32. qui ab oriente inter urbem Jerusalem & montem Oliveti decurrens, ac vallem Josaphat irrigans, tribum Benjamin in suo cursu à tribu Juda separat, ac tandem à mari mortuo absorbetur.
- Cedron**, pag. 366. *m.* alias Gedor, civitas tribus Juda, in sorte postea tribus Dan, ad orientem sita, quam tempore Ezechij Regis occupaverat tribus Simeon.
- Ci vicus**, pag. 477. *f.* in Isthmo Atticæ, qui, ut asserit Stephanus Byzantius, Zoster appellatus fuit.

INDEX GEOGRAPHICVS.

- Celana*, pag. 97. & 102. *m.* ipsa est Apamea Phrygia, cuius situm vide supra: à Plutarcho in superiore Phrygia collocatur.
- Celenderis* oppidum Ciliciæ, pag. 601. & 617. castellum admodum munitum, non longe à mari, inter Arfinoen & Seleuciam, nunc vulgo *Palopoli*, vel *Crionero*.
- Celona*, pag. 215. *f.* majoris Asiæ oppidum, quod circa Mediam fuisse videtur.
- Celta*, pag. 265. hoc vocabulo sæpe Galliarum populi, qui & Galatæ, significantur, aliquando significatione strictiori quidam Galliarum populi primo Narbonensis & Lugdunensis Provinciarum, solius postmodum Lugdunensis Provinciae.
- Ceminoris* vel *Commoris*, pag. 480. *f.* urbs apud Amanum montem, à Cicerone expugnata.
- Cenchrea*, pag. 243. *m.* & *Cochrensis* portus, Urbs & navale Corinthiorum, in Territorio Corinthiaco, ad littus Saronici sinus.
- Cenchrea*, pag. 465. *m.* certo asseri non potest an de præcedenti, an de Cenchreis Troadis urbe, ibi sit sermo.
- Cephalenia*, pag. 315. & 460. *f.* insula maris Ionij, non longe à Peloponneso, olim apud Homerum Samos & Same dicta, nunc adhuc retento nomine *Cephalenia*.
- Cerameus sinus*, pag. 126. *f.* & *Ceramicus*, pag. 124. Cariae Sinus ad Mare Ægæum, in quo urbs Ceramus, & in ejus intimo recessu Halicarnassus.
- Cerasus*, pag. 133. urbs Ponti Cappadocij, maritima; quam aliqui authores eandem cum Pharnacia esse asserunt, alij diversam, (ab Authore Græcorum oppidum in Colchide asseritur) à Barbaris nunc *Omsiæ* nominatur.
- Cerauniorum* terra, pag. 485. *m.* regio cujus populi à Cerauniis montibus Ceraunij sunt appellati, ad mare Ionium posita.
- Ceraunii* montes, pag. 224. qui & *Aeroceraunii* dicti, hi ab occasu in ortum Macedoniam ab Epiro fecerunt; ad horum radices urbs Chimæra populos chimariotas nominavit, unde montes nunc *Chimarioti* sive *monti di chimera* etiam *Diaboli montes* appellantur.
- Cerceta*, pag. 442. *f.* Populi ad septentrionale Euxini Ponti litus positi, quibus Achæi ad ortum: idem Pontus ad occasum, Caucasus mons ad Aquilonem.
- Cerinthus*, pag. 394. *m.* urbs Euboeæ insulæ, maritima, ad Mare Ægæum, & in medio insulæ posita.
- Cerynia*, pag. 241. urbs Cypri insulæ & regni unius caput, cujus Rex Cyprius Ceryntes, pag. 242. *m.* Potius Ceryntes, maritima ad oram septentrionalem insulæ, inter Lapithum & Aphrodisium.
- Ceus* Simonides, pag. 93. ex Cea insula, de qua supra oriundus.
- Chaalla*, pag. 586. Pagus felicitis Arabiæ, ut refert Strabo lib. 16. pag. 538.
- Chabor*, pag. 52. *f.* in vulgata editione primi Paralip. cap. 5. versu 6 Habor, unde pag. 56. col. 2. pro *Charbone* lege *Chabrone*, locus ad fluvium cognominem aut ad fluvium Gozan, ut observavius in notis sacre script. Geogr. in Assyriâ.
- Chaborras* fluvius. v. *Chebar*.
- Chalachus*, pag. 52. *f.* in vulgata editione primi Paralip. cap. 5. versu 26. legitur *Lahela*; eadem sane ac *Chale* in alijs script. locis, civitas in Assyriâ proprie dictæ parte septentrionali, prope majorem Armeniam, non longe à Gozan fluvio.
- Chalashtra*, pag. 183. urbs Macedoniæ, quæ etiam *Chalestra* & *Chalashtra*, ad Thermaicum sinum & ostia Axij fluvij posita, in Bottiæ regione.
- Chalcedon* & *Calchedon*, pag. 61. *f.* urbs Bithyniæ, ad ostium Ponti Euxini, è regione Byzantij condita, à qua solo Bosphoro, ibi unius tantum miliarij, spatium separatur, dicta fuit urbs cæcorum, quod conditores non observaverint & nimis Byzantio vicinam & situm minus commodum, hodie *Calisin* sed frequentiùs *Soutari*.
- Chalcedonenfes* & *Chalcedonij* prælaudatæ urbis æcola.
- Chalcidensis*, pag. 102. *m.* hic sermo de Chalcidica regione Macedoniæ prope montem Atho, ad singiticum sinum sita, cui vicina urbs Torone.
- Chalcis*, pag. 248. *f.* hic certo affirmari non potest, an sermo sit de præcedenti aut sequenti Chalcide.
- Chalcis*, pag. 392. *m.* & 315. *m.* urbs aliquando Euboea dicta, quæ utrumque nomen Euboeæ insulæ; in qua est, tradidit, sita erat in angustiore parte freti Euripi, ubi Boeotia Euboeæ ponte jungitur; ea propter urbs Chalcis attribuitur à nonnullis Boeotiæ; nunc vulgo *Nogroponte* dicta, quod pariter nomen Insulæ ab urbe mutuata fuit.
- Chalcis*, pag. 446. & 466. *m.* urbs Syriæ cognomento ad Belum fluvium, cui adjacet; quæ pag. 484. ponitur in Monte Libano; fuit aliquando caput sui regni Chalcidis dicti, pag. 664. *m.* hæc urbs hodie vocatur *Chiniferin*.
- Chaldaea*, pag. 4. *m.* & Chaldaica regio Asiæ majoris notissima pars Babyloniarum regionis ad Austram, cujus metropolis fuit Babylon, juxta Arabiam desertam ad occidentem, & Tigridis fluvium ad orientem, nunc pars est regionis, quæ vulgo *Terrach*.
- Chaldae*, pag. 418. *f.* Populi minoris Asiæ ad Pontum Euxinum sitij; Colehidi finitimi, quos Scylax in Periplo Chalybes appellat, de quibus statim.
- Chalybes*, pag. 133. & 408. qui & *Calybes* inter Tiberios ad orientem & Assyriam regionem minoris Armeniæ ad occidentem, ut refert Scylax citatus, apud quos urbs, quæ Trapezus, de his Strabo lib. 12. pag. 378.
- Chami* terra, pag. 3. *f.* ipsa Ægyptus, de qua supra, vel terra Gessen Ægypti inferioris pars orientalis.
- Chaones*, pag. 270. *f.* populi Epiri in ejus septentrionali parte, quos Scylax inter Oricios ad Aquilonem & Theprotios ad Austrum reponit; eorum regio Chaonia è regione Corcyræ insulæ, nunc *Canina* nominatur.
- Chanana* vide supra Canaan.
- Chaphenata* alias *Caphenata*, pag. 361. *f.* locus, qui in vulgata editione 1. Machab. cap. 12. v. 37. *Caphethetha*; murus civitatis Jerusalem orientem versus, super torrentem Cedron.
- Charan*, pag. 4. *m.* in vulgata editione Genesis 11. versu 31. & 32. Haran; in septuaginta pro hac voce legitur Mesopotamia, urbs est, quæ etiam Aram & Charram, quæ apud Authores Carthæ dicta, in Mesopotamia apud Chaboram *Chabur* fluvium infra in Euphratem influentem.
- Charax*, pag. 339. locus aut urbs in vulg. editione 2. Machab. 12. v. 17. Characa apud Tubianæos Ju-

## INDEX GEOGRAPHICVS.

- dæos (Tobi terram incolentes) 750. stadiis à Caspin sive Caspin civitate.
- Chasphor*, pag. 337. f. in vulgata editione 1. Machab. v. versu 26. videtur eadem urbs cum Casbon, de qua in eodem capite, in Galaaditide, in dimidia tribu Manasse ultra Jordanem, ex his duas facit Adrichomius.
- Chaus* fluvius, pag. 299. f. fluvius minoris Asiæ, circa Cariam.
- Chebar* fluv. in vulg. editione Ezech. 2. & 3. Chobar, quem putant esse Chaborram Ptolemæi in terra Chaldæorum, qui ab Allyciis flumen regium appellabatur.
- Chelidonia* insulæ pag. 61. m. in mare Pamphylia, has Stephanus Byzantius rupes tantum appellat *νῆσσοι*, unamque Corydela, alteram Melampeia asserit nominari; tres asserit Strabo lib. 14. pag. 458. Ptolemæus lib. 5. cap. 3. quinque esse dicit, quas scopulos vocat; hodie *Isola del corrente* à Pineto Caprosæ.
- Chelidonium* promontorium, pag. 291. f. in Lycia è regione Chelidoniatarum insularum, ita Scylax in Periplo, à quo 6. tantum stadiis distabant præfatæ insulæ.
- Cheronea*, pag. 394. urbs Boeotiæ, in Phocidis confinibus, ad ripam dextram Cephisi fluvij, quam adhuc alluebat rivulus Hæmon, necnon Thermodon dictus, hodie vulgo *Cheronea*.
- Cheronesus*, pag. 64. f. urbs Paphlagoniæ ad Pontum Euxinum; ubi postea urbs Sinope, de qua infra.
- Cheronesus*, pag. 448. Castellum ad Bosphorum Cimmerium situm, in Chersoneso Taurica seu Pontica, quæ nunc parvæ Tartariæ pars est.
- Cheronesus* Arabiæ, pag. 219. ipsamet Arabia felix, sinu Persico, Oceano & sinu Arabico, ad modum peninsulæ conclusa.
- Cheronesus*, pag. 140. f. apud quam Dorymyibi sermo est de Chersoneso Cariæ.
- Cheronesus* Epiti, pag. 257. m. quam propter urbem cognominem Buthrotum appellat Stephanus Byzantius; de ea Strabo lib. 7. pag. 224. pars erat Septentrionalis Thesprotiæ in Chaoniz confinibus, è regione Corcyræ insulæ.
- Cheronesus* Pontica, pag. 442. f. quæ etiam Taurica dicta; quæ ab Aquilone Byce lacu & Mæotide Palude, ab ortu Bosphoro Cimmerio, ab Austro Ponto Euxino, ab occasu Carcinite Sinu concluditur; nunc *Gazaria* parvæ Tartariæ pars.
- Cheronesus*, pag. 95. pag. 294. m. & pag. 103. f. Thraciæ dicta, Propontide versus Aquilonem alluitur; versus ortum Helleponto, à quo Hellepontiæ Chersonesi nomen adepta est; à meridie *Ægæo* mari, ob occasu Sinu Melane sive de *Caviddia*; nunc pars Romaniz est.
- Cheronesus* Syriæ, pag. 260. est ipsa Apamea Syriæ, de qua supra, quæ & Pella, unde non dissentiunt Authores, qui Demetrium asseverant ad Chersonesum Syriæ, & qui Pellam à Seleuco relegendum.
- Cheronesia*, pag. 306. f. ibi intelligendi sunt incolæ Chersonesi Thraciæ.
- Cheronesiani*, pag. 104. m. ejusdem Chersonesi Thraciæ populi.
- Cherronesus*, pag. 124. eadem Thraciæ Chersonesus.
- Cherrhonesus*, pag. 498. locus & portus Marmaricæ, in Mareoti homo, prope Alexandriam ad occasum,
- qui à Ptolemæo Geogr. lib. 4. cap. 5. Chersonesus parva nominatur.
- Chius* insula & ejus incola Chius, pag. 80. in Mari *Ægæo*, prope Asiæ minoris Ioniam; quam describit Strabo lib. 14. pag. 444 hodie vulgo *Scio*.
- Choarina* regio, pag. 210. regio Parthica Indiæ proxima ab Ariana per Atachotos 19000. stadiorum spatio distans, ut Strabo asserit lib. 15. pag. 498.
- Choes*, pag. 191. f. Indiæ fluvius forsan Coas fluvius, qui in Indum se exonerat, de quo Ptolemæus lib. 7. cap. 1.
- Chorai*, pag. 5 in vulg. editione Gen. 14. v. 6. Choræi in montibus *Seir* usque campestria *Pharan* quæ est in solitudine, dicuntur etiam Horæi Gen. 36. vers. 26. populi sub Duce habitantes, in terra seu monte *Seir*, in terra Edom prope australem terminum tribus Juda.
- Choramni*, pag. 84. quos Stephanus Byzantius dicit Persicam gentem & Sylvestrem, forsan Choromithrenz regionis Ptolemæi, inter Mediani & Persidem sitæ.
- Chorasmi*, pag. 188. f. populi majoris Asiæ, Parthis vicini versus solis ortum, cum urbe etiam Chorasmi dicta, ita Stephanus Byzantius. Ptolemæus Chorasmos inter Bactrianam & Sogdianam collocat.
- Chorienis* Petra, pag. 189. f. alias Sifimethris Petra; Arrianus eam ait fuisse apud Paratacas; altitudinis stadiorum 20. fere 60. ambitus; Strabo lib. 11. pag. 356. eam asserit in Bactriana, altitudinis quindecim stadiorum, Ambitus 80.
- Chortacana* vide Artacoana.
- Chotene*, pag. 439. Armeniæ Præfectura, cujus populi
- Choteni* Iberis Asiæ contermini.
- Chrysolis*, pag. 112. & 133. f. urbs Bithyniæ Chædoni vicina ad Aquilonem, cujus etiam navale fuisse asseritur.
- Cianorum* urbs, pag. 235. f. & 290. m. urbs, quæ Cius dicta, in Asiæ minoris Mysiâ ad Propontidem, à qua Cianus Sinus est appellatus.
- Cibyra*, pag. 326. vide infra Cybira.
- Cierus* urbs & fluvius (quæ alias Cius ut putat auth.) in Bithynia ad præterfluentis Cierij fluvij ostia & Cianum Propontidis Sinum, pag. 265. f. 413. quæ postea Prusias, Prusia, & Prusa ad Olympum fuit appellata, nunc vulgo *Bursia*.
- Cierani*, prælaudatæ Cieri urbis accolæ.
- Cilicia*, pag. 47. f. regio minoris Asiæ, ab occasu in ortum protensa, quam ad Aquilonem mons Taurus, ad Austrum Mare mediterraneum, ab ea Cilicium dictum, terminat; habebat ad occidentem Pamphyliam, ad septentrionem Cappadociam & minorem Armeniam, ad orientem Syriam, à qua monte Amanò semovebatur, hodie *Caramania* nominatur.
- Cilicia aspera*, pag. 247. f. græco vocabulo Cilicia Trachea, pag. 646. f. pars ejusdem Ciliciæ versus occasum, quæ, quia montana, asperæ nomen adepta est.
- Cilix*, Ciliciæ indigena.
- Cilices* montani, pag. 434. Ciliciæ asperæ populi.
- Cillua* insula, quæ etiam Scillustis, & Psiltucis, pag. 207. in Indico Oceano, quadringentis stadiis ab Indi fluvij ostiis in mare remota.
- Cimbri*, pag. 265. f. & 382. populi Germaniæ magis septentrionales, quorum regio Cimbrica Chersifus,

INDEX GEOGRAPHICVS.

- nefus, nunc vero *le Jutland* appellatur; inter Oceanum ad occasum & Balticum mare ad ortum.  
*Cimmerii*, pag. 63. & 388. incolæ Chersonesi Tauricæ sive Ponticæ, de qua supra cujus regionem olim incolere Cimbrî.  
*Cindyensis* Pixodarus, pag. 94. apud Herodotum lib. 5. cap. 118. incognitæ positionis locus originis, qui circa Cariam fuisse videtur.  
*Cinereth* tractus, pag. 94. col. 2. *m.* in vulg. edit. tertii Regum cap. 15. versu 20. *universam Cenneroth, omnem scilicet terram Nephthali.* Cinereth urbs tribus Nephthali, cujus terra etiam Genesâr & Genesareth fuit appellata.  
*Cinyrea*, pag. 492. oppidum olim Cypri insulæ, circa Paphos civitatem.  
*Cion* Myliæ, pag. 93. vide supra Cianorum urbs.  
*Circeii*, pag. 550. *f.* locus olim Volscorum, in Latio, maritimus, ad Circeii montis radices, nunc ibi vicus *S. Felicitæ* dictus, in Pomptinis paludibus, in promontorio inter Neptunum & Tarracinam posito.  
*Cirra*, pag. 313. *m.* urbs Phocidis & Delphorum navale, ad quam appellere solebant, qui Delphicum conveniebant Oraculum; in sinu Corinthiaco, qui ab ea Cirraus est appellatus, hodie vulgo *Aspropiti*.  
*Cis Euphratenfes*, pag. 419. *f.* ibi omnes Syriæ populi, Cis Euphratem versus occasum, sunt intelligendi.  
*Cistia* regio, pag. 96. *f.* quam Ptolemæus Geog. lib. 6. cap. 3. in Sufiana collocat supra Elymæos.  
*Citium*, pag. 111. & Citiorum urbs pag. 243. civitas insulæ Cypri, maritima, cum promontorio cognomine; à qua Hierem. 2. v. 10. Cyprus terra & insula Cethim appellatur, sita erat ad oram Australem, inter Amathuntem & Salamin.  
*Citiensis*. Citiæus, Citiæus, & Citiæus ejusdem civis incola; hujus urbis Rex erat, qui in vita Alexandri magni, Citiæorum rex appellatur, ut in notis in sacram scripturam & in Plutarchum fufius observavimus.  
*Ad Cium* Myliæ, p. 254. *m.* vide supra Cianorum urbs.  
*Clarium* fanum sive Apollinis Clarii, p. 429. & p. 614. *f.* apud Colophonam urbem, de qua infra; prope urbem situm.  
*Clauda*, p. 127. castellum regionis, quæ Claudia dicta, in Asia minori, & ut videtur circa Miletum civitatem; dubitat auth. an sermo sit de sequenti.  
*Clauda* parva insula pag. 676. *f.* in vulg. editione Act. cap. 27. versu 16. *Cauda* insula Cretæ vicina versus Austrum, forte ea, quæ vulgo hodie *Gozo*.  
*Claves* Cypri, pag. 93. *f.* apud Herodotum à quo desumpta est Historia *κλειδες τῆς Κύπρου*. promontorium Orientale insulæ, quod à Latinis Græco reposito vocabulo Clides, sicut etiam ei adjacentes parvæ insulæ, Clides pariter sunt nominatæ.  
*Clazomenæ*, pag. 93. urbs Asiæ minoris, in peninsula Ionis ad oram Septentrionalem, Smyrniæ ad occasum, quæ peninsula olim insula erat ut refert Strabo lib. 1. pag. 40. urbs hodie vulgo *Grine*.  
*Clazomenius*, pag. 63. Clazomenarum civis.  
*Cleopatris*, pag. 585. urbs antiquæ Nilifossæ proxima, quam Strabo lib. 17. pag. 553. dicit esse prope Arfinoam & Heroum civitatem, in Arabici sinus intimo recessu Ægyptum versus; maritima itaque in sinu Arabico cum portu.  
*Clepsydra* fons, pag. 544. in Athenarum urbis arce, qui Clepsydram ad instar tantum accipiebat quantum reddebat aquæ.  
*Climax*, pag. 280. *f.* mons Pamphyliæ Phaselidi urbi vicinus, & mari imminens, angustissimum in litore iter; quieto quidem mare siccum sed procelloso inivium; de eo fufe Strabo lib. 14. pag. 458.  
*Clitarum* natio in Cilicia Thrachea, pag. 646. *f.* Cilices erant agrestes, quibus Clitarum cognomentum, ad Taurum montem, Ciliciam asperam à Cappadocia separantem.  
*Cnidus*, pag. 107. *m.* & Gnidus pag. 488. *f.* urbs Doridis in Caria, maritima & in Promontorio sita; cujus pars, ut refert Strabo lib. 14. pag. 451. in vicina insula erat, alteri urbis parti ponte conjuncta, hodie vulgo *Gnido*.  
*Cnidia*, pag. 118. regio circa Cnidum urbem.  
*Cnidius* & Gnidius Cnidi incola.  
*Cnidum* Castellum, pag. 142. in insula Rhodo situm, quam insulam Helychius Cnidum appellat.  
*Cnosus*, pag. 395. *m.* & Gnosius ac Gnosius, insulæ Cretæ civitas ad Ceratum fluvium præterfluentem, à quo prius Ceratus appellabatur; quondam insulæ metropolis, inter Gortynam & Lyctum, prope montem Ida, à mari Septentrionali 25. stadiis distans, & nonaginta à Libyco mari, nunc vicus vulgo *Ginosa* nominatus.  
*Cnosii* & Gnosii prælaudatæ civitatis cives.  
*Co* insula Cos & Coos, pag. 286. *m.* & pag. 321. *f.* quæ, ut refert Stephanus Byzantius, Meropus nec non Caria fuit appellata, sita est cum urbe cognomine in mari Ægæo è regione Caria, non longe à Myndo, nunc vulgo hodie *Lango* nominata.  
*Co* Meropis, pag. 200. *f.* urbs prælaudatæ cognominis insulæ.  
*Cos* & plur. num. Coi, pag. 64. & 97. tum urbis tum insulæ Cos incola.  
*Cocylia*, pag. 135. cives urbis, quæ à Plinio Cocillum appellatur, Myliæ mediterranea, in Asia minori, ubi Trimenothuritas assignat Ptolemæus.  
*Codropolis*, pag. 539. oppidum Illyricum, in intimo sinu Adriatico, quod collocant aliqui ubi urbs Scodra, inter Dalmatiam & Macedoniam, ad Claufulam amnem & Labentin Paludem, quæ nunc *Iskodara* vocatur, ut ait Leunclavius.  
*Ceninensium* rex Acron, pag. 590. *m.* potius Ceninensium, quorum urbs Cenina aut Cœnina dicta, cujus nullum nunc extat vestigium, in veteri Latio sita erat, haud procul Româ.  
*Cœlosyria*, pag. 67. *m.* Cœlensyria, p. 164. *f.* Cœlesyria, Cava Syria, & Syria Cœle, pag. 447. Syriæ pars ea est, quæ latine cava, sive plana & humilis appellatur, & quæ Phœnicæ, Arabiæ, Samariæ, & Galilææ contigua, cum quibus aliqua ex parte confunditur.  
*Cati*, pag. 134. *m.* populi minoris Asiæ ad Pontum Euxinum, suis utentes legibus, quos inter Mofinæcos & Tibatenos enumerat Xenophon. lib. 7. Exped. Cyri sub finem.  
*Colchi*, pag. 135. & 263. *f.* & Colchi, populi & regio Asiæ; quæ ab occasu Ponto Euxino terminatur; à Septentrione Sarmatiâ; ab ortu Caucafo monte, quo ab Iberiâ separatur; à meridie minori Armeniâ. nunc hodie vulgo *Mengrelia*.  
*Colobatus* amnis, p. 299. *f.* fluvius Cariæ, ut constat ex Polyb. Legat. 31.  
*Colona*, pag. 134. *f.* & 289. *m.* urbs Æolidis in Asia minori, maritima, supra Lectum promontorium versus Aquilonem, è regione Lesbî insulæ.

INDEX GEOGRAPHICVS.

- Colona* in Troade, pag. 105. non alia videtur à præcedenti, quæ in veteri Troade sita erat; nihilominus est urbs alia Colona in Hellesponto, prope Lampacum.
- Colonia*, pag. 289. *m.* locus prope Athenas Atticæ civitatem.
- Colossi* & *Colossæ*, pag. 97. & 680. *m.* urbs Phrygiæ magnæ, in Asia minori, ad Lycum fluvium, non longe à loco ubi in Mæandrum influit, Herodotus lib. 7. cap. 30. *Colossæ Phrygia oppidum, ubi Lycus amnis hiatum terre subiens occulitur, deinde fere quinque post stadia emergens, elabitur & ipse in Mæandrum.* Sita erat inter Laodiceam & Hierapolim, hodie vulgo *Chone*.
- Colossenses*, ad quos scripsit S. Paulus Apostolus, prælaudatæ urbis erant incolæ.
- Colophon*, pag. 371. pag. 56. *m.* urbs Ionici, in Asia minori, inter Smyrnam & Ephesum, maritima, quam aliqui asserunt nunc *Alto bosco* vocitari, illam *Belvedere* nominat Marius Niger, prope hanc urbem fanum erat Apollinis Clarii.
- Colophonii*, pag. 61. Colophonis cives.
- Columna Albæ*, pag. 94. locus, de quo Herodotus lib. 5. cap. 118. *ἐν τῷ λιμένει τῆς πόλεως καλεῖται.* qui prope Marlyam annem, in Phrygia fuisse videtur.
- Comagena*, pag. 299. *m.* & Commagena, pag. 426. & Commageni, regio Syriæ Septentrionalis ad Euphratem fluvium, unde Provincia Euphratesia necnon Augusta Euphratesia est appellata, inter Ciliciam ad Occidentem, Armeniam utramque ad Boream, Mesopotamiamque ad Orientem, in Syria superiori, nunc vulgo *Azar*.
- Comageni* vel *Comana* potius in Cappadocia, p. 430. f. & p. 303. *m.* *Comana*, (ibi male legitur *Comena*) urbs Cappadociæ in Antitauri angustis convallibus, per quam mediam fluit Sarus amnis; tempore Mithridatis erat totius regionis maxima p. 401. in Ciliciæ confiniis, sed, quia postmodum hæc Cappadociæ pars minori Armeniæ attributa fuit, *Comana* Armeniæ dicta est, nunc vulgo *Venacha*.
- Comanensis* in Ponto, pag. 395. urbis incola, cui nomen *Comana* cognomine, ad præcedentis distinctionem, Pontica, in Cappadocia, apud Irim fluvium, hodie vulgo *Com*.
- Commoria*, v. *Ceminoris*.
- Confluentes* circa Bononiam & Mutinam, pag. 526. f. circa Bononiam, ut ait Plutarchus, insula illa itaque erat ad confluentes Rheni *Reno* & *Navilii* *Navilio* aut *Savenæ* *Savena* fluviorum, Bononiæ situm vide supra.
- Cophene* fluvius, pag. 191. *m.* Asiæ majoris ultra Paropamisadas versus Orientem, forsitan *Cophes* fluv. de quo Strabo lib. 15. pag. 470. qui terminus est Indiæ versus occasum, situs quidem concordat cum Coa Ptolemæi, sed diversi amnes *Choe* & *Cophene*.
- Coprates* fluvius, pag. 237. f. qui in Tigrim decurrit, ea propter videtur fuisse inter Assyriam & Sufianam.
- Coptus*, pag. 587. communis, inquit Strabo lib. 17. pag. 560. *Aegyptiorum* & *Arabum* urbs; *Indicarum*, *Arabicarum* & *Æthiopicarum* mercium emporium; in superiori *Agypto* sive *Thebaidæ*, non longe ab Apollinis civitate.
- Coraceum*, pag. 360. f. Castellum Ciliciæ, in rupe undique præcipiti extructum, situm erat in Cilicia aspera & Pamphiliæ confinibus, ad litus Maris Cilicij; hodie vulgo *Scandiloro*.
- Coralli*, pag. 408. Sarmatarum gentes in Europa, quas Strabo lib. 7. pag. 220. dicit intra *Æmum* montem & Pontum Euxinum habitasse.
- Coreyra* insula, pag. 465. *m.* & pag. 487. *m.* maris Ionij Epiro proxima, quam Strabo lib. 6. pag. 186. dicit prius *Scheriam* nominatam; *Pheacia* est *Pœtatum*; *Eustathius* asserit etiam *Drepanum* & *Argos* & *Castiopen* fuisse appellatam, urbem habebat cognominem, hodie vulgo *Corfon*.
- Cordisæ*, pag. 266. reliquiæ gentis Gallorum, qui Delphicum fanum spoliaverunt, in agris vicinis *Istro* collocati, quos Strabo libro 7. pagina 204. *Scordiscos* vocat, dicitque à quibusdam *Scordiscas* appellatos, Thracibus permixtos & intra Istrum habitantes.
- Coæne* regio, pag. 444. *m.* vide infra *Gordylene*.
- Coreatis*, pag. 209. *m.* locus circa Indi fluminis ostia.
- Coreas* vel *Coreæ*, pag. 450. f. ubi inquit versus Mediterranea initium est *Judææ*, & pag. 462. f. prope Castellum *Alexandrium*; urbs in dimidia tribu *Manasse* quæ intra *Jordanem*, ad ortum & non longe à tribu *Issachar*.
- Corefus*, pag. 93. & *Corellus*, pag. 123. & 142. altissimus mons agri *Ephesij*, in *Ionia*, non longe à *Mari*, & ab *Epheso* quadraginta stadiis distans.
- Corfinium*, pag. 483. f. urbs Italiæ *Pelignorum* caput, qui *Samnitibus* juncti, illam sibi contra *Romanos* armamentarium constituerant, atque *Italicam* appellabant: vicina erat *Sulmoni* urbi Occidentem æstivum versus, ibi nunc vicus *San Pelino* dictus, in *Aprutio* citeriori ad *Pescara* fluvium.
- Corinthus*, pag. 140. f. urbs Græciæ intra *Isthmum* *Peloponnesorum*, notissima, olim *Academia* celebris; prius *Epope*, *Heliopolis*, & *Ephya* dicta, sui *Corinthiaci* Territorij caput, nunc vulgo *Corintho*, *Corinto*, & *Coranto*, *Turcis* *Gereme*.
- Corinthii*, *Corinthi* civitatis cives.
- Corinthiacus* sinus, pag. 142. f. qui & *Cirtæus* sive *Crissæus*; in longum ab occasu in ortum porrectus, ab *Aquilone* adjacentes habet *Ætoliam*, *Phocidem*, & *Atticam*, ab *Austro*, *Corinthiacum* agrum & *Achaïam*; hodie vulgo *Gallice* *le Golphe de Lepante*.
- Corma* fluvius, pag. 664. f. qui circa *Assyriam* aut *Mesopotamiam* fuisse videtur.
- Cornasa*, pag. 300. urbs Asiæ minoris in *Pisidia*, quæ Phrygiæ dicitur à *Ptolemæo* lib. 5. *Geogr.* cap. 5. ad radices *Tauri* montis sita.
- Coronea*, pag. 140. f. urbs *Bœoticiæ*, quam Strabo lib. 9. pag. 283. asserit in colle conditam, prope *Heliconem* montem & *Copaïdem* lacum, prius *Oplia* dicta & *Plutarchi* ævo *Ismantus*, nunc adhuc *Coronea* appellatur.
- Corfica* insula, pag. 431. *m.* quæ à Græcis *Cyrnus* appellabatur pag. 81. in *Tyrtheno* mari, *Liguriæ* ad *Austrum*, *Sardinia* insula ad *Aquilonem*, nunc adhuc ab *Italis* *Corfica* à *Gallis* *Corse* appellata.
- Corficum* mare, pag. 431. f. circa præfatam *Corficam* insulam.
- Corycus*, pag. 117. & ad *Coricum* pag. 294. f. urbs & portus *Ioniciæ* ad sinum *Ionium*, & in *Ioniciæ* *Chersoneso*, inter *Teos* & *Chalcitem* promontorium.

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Coricos*, pag. 290. m. & pag. 513. m. urbs Pamphyliae maritima.
- Corylenum*, pag. 296. f. urbs Mysiae in Asia minori; nam inter Adramytum & Thyatira eam esse oportebat.
- Cos* insula, vide supra Co.
- Cossaa* regio, pag. 216. f. cujus incolae Cossaei, gens bellicosa Uxiis finitima & montanos Mediae tractus incolens: Strabo lib. 11. pag. 360. ait Mediam ab Oriente Parthorum regione & Cossaeorum montibus terminari; & hanc gentem atrocissimi deditam.
- Cotalyensis* tribus, pag. 144. sive familia apud Athenienses.
- Cotton*, pag. 296. f. urbs Mysiae in Asia minori, inter Adramytium & Thyatiram, ut videtur sita.
- Cotyora*, pag. 133. vicus & Sinopensum colonia, in Paphlagonia ad Pontum Euxinum, urbi Synope ad ortum, ut constat ex historia Xenophontis, & proinde non potest esse Cytorum Ptolemaei, quod Synopenfi urbi est ad occasum.
- Cotyorenses* hujusce vici aecolae.
- Cragus*, pag. 434. mons Lyciae qui vertices habet octo & urbem cognominem, in Mediterraneis, cui adjacet urbs Pinara huit monti fabula chinerae affingitur ut ait Strabo lib. 14. pag. 458.
- Cranon*, pag. 226. quae etiam Crannon, urbs Thessaliae in regione, quae Pelasgiotis, nunc vulgo *Ceres* appellatur.
- Cremaste*, pag. 143. m. locus in quo Abydeni fodinas auri habebant, in Troade ad montem Idam, medio, ut videtur, itinere inter Antandrum & Abydum.
- Cremona*, pag. 685. m. Colonia & urbs antiqua Cenomanorum, nunc retento nomine non situ, in statu & Ducatu Mediolanensi; olim ad sinistram & Septentrionalem Padi fluvii ripam, a quo nunc paululum remota est.
- Creta*, pag. 296. f. urbs Mysiae in Asia minori, inter Adramytium & Thyatiram, ut videtur posita.
- Creta*, pag. 63. m. insula maris Mediterranei, Peloponneso adjacens Austrum versus, plurimis olim insignita nominibus, quippe quae dicta Aeria, Chthonia, Idaea, Curetis, Hecatompolis, Macaros, Macaronesos, &c. hodie vulgo *Candia*. Gallis *Candie*.
- Cretenses*, pag. 135. f. Cretae insulani.
- Cretensium* urbs, pag. 233. initio & medio, urbs sane Pisidiae in Asia minori, nec diversa a Cretopoli, quam Ptolemaeus Geogr. lib. 5. cap. 5. Carbaliae assignat, ita ejus interpretis, nam in textu Graeco legitur *Κρητωνπολις*.
- Critala*, pag. 97. m. urbs Cappadociae intra Halym fluvium; ut constat ex Herodoto lib. 7. cap. 26.
- Crocala*, pag. 209. m. insula Arenosa maris indici, prope Arabiorum regionem & Arabii fluminis ostia.
- Cromnus*, pag. 256. f. unde Coloni deducti ad Amastridis urbs Paphlagoniae erectionem, ea propter Stephanus Byzantius refert dici Amastrida urbem Cromna fuisse appellatam; Cromna tamen diversus & vicinus locus erat ad ortum, longe a Ponto Euxino.
- Croton*, pag. 89. m. urbs olim in parte Italiae, quae Graecia magna dicta; ad Aesarium fluvium praeterfluentem, qui statim mare Ionium ingreditur; maritima, Athletarum suorum robore & acri salute celebris, nunc adhuc *Crotone* in Calabria ulteriori.
- Crotonensis*, pag. 86. f. ejusdem urbis civis, cujus tamen incolae vulgo Crotoniatae sunt appellati.
- Ctesiphon*, pag. 277. m. & pag. 473. m. urbs olim postea pagus Assyriae amplissimus, in Tigridis fluvii altera ripa e regione Seleucia urbis, a Parthis in odium Seleuciae extractus.
- Cuballum* Gallo-Graeciae castellum, pag. 300. m. id est Galatae, in Asia minori, forsitan locum esse putat Ortelius, qui Cybella ad Gallum fluvium, non longe ab Amurio versus Orientem.
- Cuma*, pag. 80. urbs Aelidis in Asia minori, ad litus Aegaei maris, non longe a Lesbos insula; a Cuma Amazone condita, unde Amazonium fuit appellata, hodie vulgo *Foia nuova*.
- Cumaei*, Cumarum cives.
- Cumanum*, pag. 512. villa forsitan circa Cumas de qua statim.
- Cumanus*, p. 572. f. ad urbem spectans Cuma dictam, olim in Campania ad mare Tyrrhenum sita; nunc pene excisa servato tamen nomine, in regni Neapolitani terra *di Lavoro*, e regione insulae, cui nomen *Ischia*.
- Cunaxa*, pag. 131. m. locus ubi Artaxerxes cum Cyro fratre confixit, quingentis solummodo stadiis a Babylone distans, Assyriae assignatur ab authoribus, ut proinde Babyloni civitati fuerit ad Aquilonem.
- Curium*, pag. 93. m. urbs insulae Cypri maritima, ad oram Australem & Occiduum inter Paphum & Amathuntem, quae hodie vulgo *Episcopia*.
- Curientes*, praelaudatae urbis Curii cives.
- Cushai*, pag. 35. col. 1. f. nomen hujus gentis non exprimitur in editione vulgata, conjectat Author has gentes Arabiam Petraeam & desertam incoluisse.
- Cusita*, pag. 34. col. 1. f. in vulg. edit. 2. Paralip. 12. v. 3. respondet huic dictioni vocabulum Aethiopes, populi sane, qui Ezech. cap. 30. v. 5. Chus appellantur, & videntur fuisse inter Aegyptii, Aethiopiae & Libyam.
- Cutha*, pag. 61. m. regio Persica, e qua populi in Samaritiam missi, Samaritani postea Chutai sunt appellati; forsitan ex Coche vico prope Tigridem fluvium, ut ex Arriano refert Stephanus Byzantius.
- Cuthai*, ibid. & pag. 83. m. *Hostes Judaeorum Cuthai ab Esar-haddone in Samaritiam traducti*, p. 157. m. Sanabelletes Cuthaeus genere unde & Samarititis origo est; vide jam dicta verbo Cutha.
- Cyanea* insulae, pag. 95. m. & pag. 111. f. insulae maris Mediterranei Lyciae adjacentes, ut asserit Pausanias in Achaicis, pag. 228. erant aut Chelidoniatum aliqua, de quibus supra, aut Chelidoniis vicina.
- Cyaneis* scopuli, pag. 592. m. in Bosphoro Thracio, ad ostium Euxini Ponti insulae, quae & Symplegades dictae, hodie vulgo *Pavonare*.
- Cybara*, pag. 299. f. & pag. 126. m. urbs Asiae minoris penitus Mediterranea, quam in Phrygia ad Maandrum fluvium collocat Ptolemaeus Geogr. lib. 5. cap. 2. in textu Graeco *Κιβύρα*. Cibyrrha legitur etiam Cibra, magna vocatur a Strabone, hodie *Butus*.
- Cybirata* & Cibiratae praefatae urbis cives, quae etiam Cibiratica urbs.
- Cybiratica* Diocesis in regione Phrygiae pag. 403. f. ab hac urbe nomen desumens, alia fuit Cibra in Cilicia.
- Cybirtra*, pag. 479. urbs Cappadociae, non longe a Caesarea versus Austrum, de qua Strabo lib. 12. pag. 368. illam aliqui Armeniae minori attribuunt, ut pote non longe ab ejus confinibus.

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Cyclades* insulae, pag. 92. in mari Aegeo prope Graeciam, sic appellatae, eo quod circum insulam Delum in modum circuli jaceant; Strabo lib. 10. pag. 334. asserit illas primum fuisse tantum duodecim numero, quibus postea accessere aliae; unde tanta inter auctores varietas de Cycladum nomine & numero, nunc una cum Sporadibus insulis vocantur vulgo Gallice *les Isles de l'Archipel*.
- Cydnus*, pag. 162. fluvius minoris Asiae frigidissimus, qui ex Antitauri monte in Cappadocia, nascens, atque ab occasu solis Aestivi in ortum Brumalem, postea in meridiem per Ciliciam decurrens, mediam urbem Tarsum pertransibat sese tandem in mare Cilicium exonerans: hodie vulgo *Carasu* vocatur observat auctor pag. 174. m. apud Justinum lib. 11. cap. 14. pro Cydno fluvio, Lycum fluvium esse legendum.
- Cydonia*, pag. 225. f. Cretensum urbs, quam Stephanus Byzantius dicit prius Apolloniam nominatam, quae postea Chania; maritima ad insulae oram Septentrionalem versus occasum, nunc vulgo *Canea*, Gallis *la Canée*.
- Cydoniata*, pag. 318. Cydoniae cives.
- Cydra*, pag. 97. m. oppidum minoris Asiae in finibus Phrygum & Lydorum, quod Stephanus Byzantius Cydrara vocat, additque ad Phrygum montes positum.
- Cyme*, pag. 295. m. & Cyme pag. 614. m. Asiae urbs, eadem quae supra Cumae.
- Cymus*, pag. 177. & pag. 263. Cumatum civis.
- Cynosephala*, pag. 290. tumulus seu mons Thesaliam, cujus vertices Caput Canum quasi speciem exhibebant, de his Polybius lib. 17. pag. 558. hunc montem videtur collocare inter Scotulam & Pharsalum.
- Cyros. sema* promontorium Hecubae tumulo notum; in Chersoneso Thraciae ad Hellespontum non longe ab urbe Sesto versus meridiem pag. 120. m.
- Cyprus*, pag. 17. insula magna maris Mediterranei in Pamphilio sinu, multis olim appellata nominibus, praecipue Cethim, ut ostendimus in notis ad sacram Scripturam, est Ciliciae & Syriae proxima, vocatur nunc ab Italis *Cypro*.
- Cyprius*, Cypri insulanus.
- Cyprius*, qui ad Cyprum pertinet.
- Cypron* Castellum, pag. 594. f. munitum, ab Herode in gratiam matris conditum & ejus nomine datum, situm erat in tribu Benjamin, in Campetribus Hiericho, inter Hericho & Jordanem fluvium.
- Cypsela*, pag. 398. m. quae & Cypsella & Justiniana nova, urbs Thraciae in Rhodopa Provincia, ad Melanem fluvium: non longe ab ostiis: hodie *Chypsala* sive *Chapslar* appellatur.
- Cyrene*, pag. 64. f. & Cyrenae pag. 385. urbs Libyae, regionis Cyrenaicae ab ea sic dicta, primaria, nunc vulgo *Corena* vel *Carnenna*.
- Cyrenai* & Cyrenenses hujus urbis incolae.
- Cyrenaica* regio praeclaudata, quae a quinque urbibus Pentapolis Libyae fuit appellata, nunc Provincia de *Barca* in Barbaria; Cyrenaeus quoque, qui ad Cyrenen pertinet.
- Cyri* Castra, pag. 162. m. Campus sive Planities Cappadociae, ad radices Tauri montis prope Ciliciam asperam, quinquaginta stadiis distans ab angustiis sive aditu, qui Ciliciam aperit, Ciliciae Pylae sive portae dictus.
- Cyrnus* fluvius alias Cyrus sive Cirus, pag. 440. f. prius Corus appellatus, dictus quoque Cyrrhus, qui, ut ait Strabo lib. 11. pag. 343. & 344. in Armenia nascens, per Campes tria Iberiae decurrens, Artabonem amnem à Caucaaso monte defluentem recipit, atque per angusta loca totam Albaniam praetergreditur, receptisque in decursu plurimis fluminibus, sese in Caspium mare exonerat; illum *Cirech* vocat Pinetus; hodie vulgo *Kort*.
- Cyrnus*, pag. 81. vide Corfica insula.
- Cyropolis*, pag. 159. urbs à Cyro condita & ab Alexandro ibidem vulnerato expugnata, in Sogdiana Asiae majoris regione, erat ad Jaxartem fluvium sita.
- Cyrrhestica*, pag. 259. & Cyrrhesta, p. 278. m. & Cyrrhestes p. 543. f. regio Syriae circa Cyrrhum urbem, à qua nomen sumpsit, Commagenae versus Aquilonem contermina, Pieriam habens ad occasum, & fluvium Euphratem ad ortum; meridiem versus ad agrum usque Antiochenum pertingens, ubi Chalcidicae regioni jungebatur.
- Cyrrhus*, pag. 615. urbs Syriae, quae etiam Cyrus dicta, à Judaeis in memoriam Cyri vel ab ipsomet Cyro condita; Mediterranea & Cyrrhesticae regionis caput.
- Cyria*, pag. 112. urbs circa mare Rubrum, quam Stephanus Byzantius Cyrrum vocat, dicitque urbem Aegypti esse in Mediterraneis.
- Cythera*, pag. 488. insula ad oram Laconicae, quae & Cythera & Porphyrussa dicta, cum urbe cognomine, prima insularum maris Aegaei sive Archipelagi versus occasum, quinque tantum miliaribus à Peloponneso distans; & quadraginta quinque à Creta insula, hodie vulgo ab Italis *Cerigo* vocatur, à Gallis *Cerigues*.
- Cytorus*, pag. 256. f. locus unde Coloni ad erectionem Amastridis urbis deducti; situs erat ad Pontum Euxinum, in Paphlagonia, non longe ab Amastride versus occasum.
- Cyzicus*, pag. 49. col. 2. urbs Propontidis in Asia minori; in peninsula sive potius in insula, quam pontes duo continenti jungunt, condita; dicta fuit Arctoneseus id est urorum insula; caeteris Asiae urbibus magnitudine non inferior, hodie vulgo *Chizico*.
- Cyzicenus* Cyzici incola, pag. 21. m. Cyzicenos ab Homero Doliones appellatos asseverat Stephanus Byzantius.

## D.

- Dacia*, pag. 509. alias Getae populi regionis Europae, quae Dacia dicta, Iltro fluvio versus Austrum & Orientem, Carpatum monte ad Septentrionem & Tibisco fluvio versus Occidentem comprehensa, nunc vulgo *Dace* tres complectens Provincias Transylvaniam, Moldaviam, & Vvalachiam.
- Dadala* Castellum minoris Asiae, pag. 432. in Cappadocia haud dubie, ut legenti constabit.
- Dadala*, pag. 192. m. regio Indiae, cujus sane caput urbs Dadala, de qua Ptolem. lib. 7. Geogr. cap. 1. quamque ad Zardrim fluvium collocat.
- Dagon* arx, pag. 369. quam Josephus Antiq. lib. 13. cap. 15. pag. 448. dicit fuisse super Jerichuntem sitam, & proinde in tribu Benjamin.

*Daba.*

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Dabas*, pag. 184. *m.* sive Nomades Scythæ, dicuntur ibi ultra Tanaim fluvium habitantes, sed pro Tanai Jaxartem fluvium, à militibus Alexandri Tanaim putatum, intellige.
- Dabe*, pag. 663. diversi à prioribus populi, subjicitur enim ad flumen Ginden, quod *Dabas Ariosque* discernit; Dae sunt, quos etiam Dasas vocari asserit Stephan. Byzantius, de quibus Ptolemæus lib. 6. Geogr. cap. 10, populi deserta Margianæ regionis, quæ versus meridiem sunt, incolentes; Arii contermini versus Aquilonem.
- Dalmanutha*, Marci cap. 8. v. 10. partes sive Magdala fines, locus aut oppidum trans mare Galilææ, in dimidia tribu Manasse; videtur idem esse cum Magedan, vel saltem illi vicinus.
- Dalmatia*, pag. 539. regio Europæ, parsque Illyridis versus Macedoniam, quæ erat Orientale Illyricum, mare Adriaticum ab Occidente, Liburniam alteram Illyridis partem & Pannoniam habens à Septentrione, Moesiam, Dardaniam, & Macedoniam ab ortu, Adriaticum mare ad Austrum: hodie regio, quæ Dalmatia dicitur, vetus utrumque Illyricum & Orientale & Occidentale, Liburniam videlicet & antiquam Dalmatiam complectitur, vulgo *Sclavonia*.
- Dalmata*, Dalmatiæ indigena.
- Dalmaticus*, qui ad Dalmatiam spectat.
- Damascus*, pag. 5. Syriæ olim metropolis & regia super fluvios Abana & Pharpar, quem Chrysothoam esse arbitror, illum Bardinen appellat Stephanus Byzantius; hodie vulgo *Damascus* Gallis *Damas* incolis *Sciama Demasco*, Syris *Damsuc*.
- Damascenus*, prælaudatæ urbis incolæ.
- Dan*, pag. 5. ipsa est, quæ postmodum Cæsarea Philippi, de qua supra, sita in regione Rohob. Judic. cap. 18. versu 28. de ea adhuc pag. 33. f. & pag. 36. col. 2.
- Danica*, pag. 24. sexenti viri de tribu Dan, qui urbem Laïs expugnantes & loco æquantem reædificaverunt, & suæ tribus nomine Dan appellaverunt.
- Danala* Austrum, pag. 436. in Asiæ minoris Galatiâ, ad Trocos Galatas Ponto & Galatiæ conterminos pertinens, ut asserit Strabo lib. 12. p. 390.
- Dandaria*, pag. 663. f. regio Sarmatiæ Asiæ inter Caucasum montem ad Austrum & Mæotin paludem ad Orientem, cujus populi.
- Dandaria*, qui etiam Dandarii dicti ibidem circa medium, his ad ortum Torreates populi erant, ad meridiem Aspurgii.
- Danubius* fluvius, pag. 157. qui è Germaniæ Suevia nascens, totius Europæ fluviorum maximus, ubi *Donaw* ab incolis appellatur, mox Bavariam, Austriam & Hungariam prætergrediens, Savum fluvium recipit, hinc, ut vult Appianus Alex. vel ab Axiopoli inferioris Mysiæ urbe, posito priori nomine Ister appellatur; Daciam tandem percurrens, sex ostiis Pontum Euxinum ingreditur.
- Daphne*, pag. 256. & 292. suburbium urbis Antiochiæ Syriæ, quæ ab eo Antiochia Epidaphne, sive juxta Daphnen cognominata est; in quo celebre Apollinis fanum & Oraculum, cum luco octoginta stadiorum ambitus amænissimo, situm erat ad meridiem.
- Daphnenses*, pag. 447. hujusce suburbii incolæ.
- Daphnus*, pag. 117. f. locus prope Clazomenas Ioniæ civitatem; de qua supra.
- Daphne* Pelusîa, pag. 75. *m.* alias Tabpanheus prope Pelusium Aegypti urbem, ab ea videlicet sexdecim milia passuum, ut asserit Antoninus.
- Dardania*, pag. 357. *m.* Europæ regio, quæ Mysia Mediterranea vocatur, cui à Septentrione Mysia superior, ab ortu Thracia contermina est, à meridie Macedonia, ab occasu Dalmatia; censeturque pars Illyriæ, hodie vulgo, quæ Servia & Rascia.
- Dardani*, pag. 265. & 342. *m.* prælaudatæ Dardaniæ populi; sicut & Dardanensis.
- Dardanus*, pag. 93. *m.* & pag. 398. *m.* quæ etiam pag. 121. *m.* Dardania urbs appellatur, urbs Troadis de qua Strabo lib. 13. pag. 409. ad Hellepontum prius Teuctris appellata, ut asserit Stephanus Byzantius, Abydo urbi proxima versus meridiem, à quæ vicina regio Dardania dicta, & indubium Turres celebres, quæ nunc ibidem sunt, ab ea Dardanella nuncupatas.
- Dardanium* promontorium vicinum Dardano urbi versus meridiem pag. 121. *m.*
- Dardarii*, pag. 415. f. populi ad Mæotin paludem siti; idem, qui supra Dandariæ.
- Dascylium*, pag. 137. *m.* urbs Propontidis, non longe à Cyzico versus meridiem.
- Dascylius*, pag. 105. regio, quæ circa Dascylium.
- Dascylitis* lacus, pag. 411. qui etiam Dascylia lacus & Aphnitis lacus & Atynia prope Dascylium urbem & Cyzicum, tantæ amplitudinis, ut navium etiam non modicarum capax esset; ad Byzantios & Cyzicenos pertinens.
- Dastra*, pag. 438. locus aut regio in Acilisena, non longe ab Euphrate, ubi minorem Armeniam ab eadem Acilisena dividit; ibi mons erat aquâ præditus, de hoc Strabo lib. 12. pag. 382.
- Dastracus* mons, pag. 438. in minori Armenia, videtur is esse apud quem Castellum erat Dastracum, ut refert Strabo lib. 12. pag. 370. quod Carmalanne circumstuitur, habetque & fanum Apollinis Cataonis; in Cataoniâ, minoris Armeniæ parte.
- Dathema* munitio, pag. 337. *m.* in Galaaditide regione, in tribu Gad, inter Bosor & Maspha.
- Davidis* civitas, pag. 39. & 346. & 323. f. ibi intelligitur arx Sion in ipsamet civitate Hierosolyma; nihilominus Bethlehem etiam civitas David appellatur.
- Debirus*, pag. 22. f. in vulgata editione Josue 10. v. 8. Dabit quæ & Cariath-Senna & Cariath-Sepher prius dicta, id est civitas litterarum, unde concluditur fuisse Palæstinæ Academiam, civitas olim regia, quæ primum in sorte tribus Juda, postea tribui Simeon data est; deinde Levitica effecta.
- Decapolis*, pag. 623. f. regio circa Jordanem à Libano monte ad mare Galilææ à decem suis præcipuis civitatibus ita nominata; ipsæ autem erant.
- |                          |                         |
|--------------------------|-------------------------|
| <i>Cæsarea Philippi,</i> | Capharnaum,             |
| <i>Asor,</i>             | Bethsaida,              |
| <i>Cedes-Nephtalîs,</i>  | Jotapata,               |
| <i>Sepphet,</i>          | Tiberias, &             |
| <i>Corosain,</i>         | Bethsan quæ Scythopolis |
- alii alias Decapoleos urbes recensent, ejus termini ab Oriente mare Galilææ, & Sidon ab Occidente.
- Declea*, pag. 212. *m.* urbs Atticæ, quam Stephanus Byzantius vicum Hippothoontidis tribus esse dicit. Pausanias in Laconicis pag. 89. Castrum vocat, quod erat apud Deceliam Strabo lib. 9. pag. 274. dicit unam esse ex duodecim urbibus à Cecropide



## INDEX GEOGRAPHICVS.

- fundatis, quæ ad Athenarum constructionem coaluere. Velius illam super collem ad Ilissi fluvii fontes collocat, Athenis Orientem æstivum versus.
- Delium**, pag. 446. oppidum Syriæ inter Diospolim Syrorum & Judæam.
- Delos** insula, pag. 96. m. & 102. m. una Cycladum seu potius, quam aliæ insulæ in modum circuli cingunt, unde & Cyclades dictæ sunt, hæc, ut asserit Stephanus Byzantius, appellata fuit Cynthus & Asteria, & Pelasgia, & Chlomydia & Scythiada, Apollinis natalibus & Oraculo apud prophanos autores facta celebris: hodie vulgo *Sidile* appellatur, ipsa est, quæ pag. 392. Ceeropidum insula vocatur.
- Delphi**, pag. 56. m. urbs Phocidis super Australem Parnassi montis partem, ut observat Strabo lib. 9. pag. 288. eratque in Græciæ medullio, locus nunc *Salona* nominatur.
- Delphicum** Oraculum, apud præfatam urbem Delphos olim celeberrimum.
- Delphinium**, pag. 126. Castellum in insula Chio, de qua supra.
- Delta**, pag. 500. pars Ægypti inferior, ad ostia fluvii Nili, quæ figuram Græcam  $\Delta$  sive triangulum exprimit, cujus duo crura sunt versus occasum Agathodæmon fossa sive fluvius, ab ortu Babasticus fluvius; Basis vero ad Aquilonem mare Ægyptium.
- Demetrius**, pag. 261. m. & 320. m. urbs Thessaliæ, quam Demetrius ex pluribus parvis, quæ circa Joleon oppidulis, constaverat, ac de suo nomine appellarat, ad mare inter Neliam & Pagafes, ut refert Strabo lib. 9. pag. 300. oppidula nominans Neliam videlicet, Pagafes, Armenium, Rhifunra, Sepiadem, Boeben & Jolcon. Fuitque olim Macedoniæ Regum navale; ipsa cum Chalcide Euboeæ & Corintho vocabantur tres Græcorum maricæ ferræ seu compedes: hodie vulgo *Dimitriada*.
- Demetrium** promontorium, pag. 325. m. prope Demetriadem urbem, in Pelasgicæ, ut ipsa, sinu.
- Derbe**, pag. 661. urbs Lycaoniæ, hanc & Derbeiam dicit Stephanus Byzantius.
- Derbices**, pag. 83. f. & 162. populi majoris Asiæ Hyrcanis vicini versus Boream, quos Derbicas vocat Ptolemæus Geogr. lib. 6. cap. 10. eosque in Septentrionali Margianæ regionis parte ad Oxum fluvium, prope intimum maris Caspii recessum collocat.
- Deffas** vicus, pag. 345. m. in vulg. edit. 2. Machab. cap. 14. v. 16. Deffau. Castellum Judææ, sed certa ejus positio hæcenus incerta, videtur tamen Hierosolymis fuisse vicinum & ad Aquilonem, ut suspicatur Zieglerus illud Deffan nominans.
- Dia**, pag. 398. m. urbs Palæstinæ, de qua Josephus Antiq. lib. 13. cap. 23. forsan Dium, de qua Ptolemæus; quæ urbs Cælesyriæ est inter Pellam & Philadelphiam.
- Dianium** maritima Hispaniæ civitas, pag. 406. f. prope promontorium, quod olim Ferraria, sive Artemisium, nec non ab hac urbe Dianium dictum, in maris Mediterranei parte, quæ mare Ibericum dicta, non longe à Sucronis fluvii ostiis, è regione Pithyusæ insulæ: hodie vulgo adhuc *Denia*, promontorium vero *Cabo martin* sive *Punta del Emperador*, appellatur, in regno Valentiniæ.
- Dibon Gad**, pag. 19. trigesima nona statio filiorum Israël inter Hebarim & Helmondeblathaim, quam etiam Dimon vocatam dicit Adrichomius; est ipsamet, quæ postea urbs Dibon, quæ trans Jordanem, Moabitarum fuit, postea sub ditione Schon regis Amorthæorum, à qua expulsus est à filiis Israël, dataque fuit tribui Gad, quæ illam ædificavit & Dibon Gad appellavit; sita erat ad Austrum prope tribum Ruben.
- Dicaarchia**, vide infra Puteoli.
- Dicæa**, pag. 488. supple littora Cretæ insulæ versus Orientem à Dicte aut Dycte sive Dyctæo monte sic appellata, qui mons hodie vulgo *monte Samone* nominatur.
- Didymatychæ**, velut gemini muri, pag. 281. Castellum minoris Asiæ, circa Æolidem aut Mysiam, ut legenti Polybium constabit. lib. 5. Histor. pag. 420.
- Didymus** Apollo in Branchidis, p. 104. loco Cariae, de quo supra.
- Didymum** fanum, p. 429. locus & Oraculum apud Miletum urbem, ut refert Stephanus Byzantius, ubi Appollo Didymæus colebatur, Strabo lib. 14. pag. 436. dicit illud à Xerxe combustum, rursus à Milesiis extructum tanta amplitudine, ut vici magnitudinem æquaret, & ea propter absque tecto esset.
- Didymena** urbs, pag. 434. de qua Strabo libro 14. p. 457. observat Xylander in manuscripto Codice legi *his Διδύμην* Casaubonus in hunc locum doctè asserit legendum *Διδύμην*. Dyme, quæ urbs Achaïæ est, nam Plutarchus in vita Pompeii dicit hanc urbem incolis tunc egentem, plures agros eosque fertiles possidere. erat Achaïæ urbs extrema versus occasum, ut asserit Stephanus Byzantius, in fragmento non abbreviato sui operis, quod MSS. in Bibliotheca Seguierana aservatur; additque eam prius Caucopis dictam, propter vicinum fluvium cognominem Strabo lib. 8. pag. 267. de ea fufe, vide notas nostras in Plutarchum: hodie vulgo *Clarenza* vocatur, caputque Ducatus est, quem Galli nominant *de Clarence*.
- Dindymus** mons, pag. 410. vide Adrastra.
- Diniæ**, pag. 300. locus Phrygiæ, qui ex historia vicinus videtur Synnadis urbi versus meridiem.
- Dioshieron**, pag. 117. m. quod Iovis factum significat, oppidum Ioniæ maritimum, inter Lebedum & Colophonem; ut asserit Phlegon à Stephano Byzantio citatus.
- Dion**, pag. 452. f. urbs Cælesyriæ eadem quæ Dium, vide supra verbo Dia.
- Diopolis**, pag. 456. vide Cabita.
- Dioscurias**, pag. 441. m. urbs, quæ alias Sebastopolis, quæque, ut dicit Stephanus Byzantius, prius *Æa* vocabatur, maritima in Colchide & intimo Ponti Euxini recessu, inter ostia fluviorum Chari sive Coraxis, & Antenii: hodie *Savaropoli*, seu potius *Sevastopoli*.
- Diospolis**, p. 563. eadem urbs, quæ supra Dion sive Dia, vide hoc verbo. eadem de qua p. 446. m.
- Diospolis**, pag. 327. f. quæ prius Lydda, civitas in tribu Ephraim, quæ etiam Lidda, quam etiam Trigida fuisse appellatam dicit S. Hieronymus, hodie vulgo *S. Georgius*; ipsi vicinam civitatem

# INDEX GEOGRAPHICVS.

*Rama* construxerunt Arabes post tempora Mahumeti, ut refert Sanutus lib. 3. parte 6. cap. 4.

*Diridois*, pag. 212. f. urbs ad ostia Euphratis fluvii in sinum Persicum, quam eandem esse asserunt, quæ Teredon, ubi nunc urbs est *Bassora* alias *Balsera* prope sinum Persicum; quæ coincidit cum Ampa urbe, de qua supra.

*Dium*, pag. 158. f. oppidum maritimum Macedoniae, in Pieria regione, ad sinum Thermaicum, sive Thessalicum; hodie vulgo *Stadia*.

*Doc* Castellum, pag. 368. m. in vulg. edit. 1. Machab. 16. v. 15. Doch munitiuncula, quam collocat Adrichomius in tribu Ephraim, hanc à Phafelo quatuor milliariis distantem Occidentem versus in Acrabitenae regione posuit Jacobus Zieglerus; ab aliquibus Doeck appellatur, à Sanuto lib. 3. parte 14. cap. 3. Dotum.

*Dodonæus* Juppiter, pag. 270. fanum & urbs apud Molossos Epiri populos, super cognominem fluvium sese in Acheloum exonerantem.

*Dophka*, pag. 13. in vulgata editione num. 33. v. 12. & 13. Daphca apud Septuaginta Interpr. *ἰαοαζή*. apud alios Daphchah, nona mansio filiorum Israël prope desertum Sin, inter Sin & Alus.

*Dora*, pag. 374. m. ipsa est Dor, quæque Ador, ut observat Adrichomius, & in casu obliquo apud Græcos Adora, Hebraice Naphth-Dor hoc est littoralis seu maritima, fuit quondam civitas Regia, postea in tribu Manasse cis Jordanem, eam etiam Assur dictam, & ad duas leucas prope Cæsaream Boream versus, dicit Sanutus lib. 3. parte 14. cap. 2.

*Dorita*, pag. 643. præfatæ urbis incolæ.

*Dora*, pag. 366. urbs Phœnicie maritima, ut notat Ptolemæus; diversa non est à præcedenti.

*Dorensis*, ejusdem urbis incola.

*Dora* vel Adora, pag. 362. m. urbs Idumææ, quæ & Doreon & Abora, sita erat ad radices montium Seir, prope tribum Juda ad occasum.

*Dorienfes*, pag. 100. sunt ipsi Dores Græciæ populi inter Perthabos ad occasum, Ænians ad Aquilonem, Phocidem ad ortum, & Locros Ozolas ad meridiem.

*Doris*, pag. 488. hic intelligitur regio littoralis Thesaliæ, inter Demetriadem & Maleam.

*Doriscus*, pag. 92. f. urbs Thraciæ, quæ etiam Dyme dicta ad Hebrum fluvium, urbi Ænos ad Aquilonem, regio vicina usque ad mare Doriscus campus appellatur, pag. 98. m.

*Dorius* mons, pag. 140. f. in Caria prope Cnidum urbem, de qua supra.

*Doryleum*, pag. 253. f. urbs Phrygiæ Pacatianæ, ad præterfluentem amnem: hodie vulgo *Tzadurile*.

*Doryma* Chersonesi, pag. 140. f. ibi agitur de parte Carie, quæ in modum peninsulae extenditur, ad cuius partem Orientalem erat Doryma, quæ etiam Loryma, urbs maritima, in Doride Carie; hodie vulgo *Maxi*, ut dicit Mar Niger; *Stadia*, ut vult Pinetus.

*Drangæ*, pag. 184. Asiæ majoris populi, qui videntur fuisse inter Arbelitidem & Baëtra.

*Dranga*, pag. 183. & pag. 206. m. qui alias Zarangæ, sive Zarangi & pag. 364. m. Dranganitani, populi majoris Asiæ Indis cis Indum vicini, quorum regio.

*Drangiana*, pag. 183. regio prope Indiam, quam

Ptolemæus inter Ariam ad Aquilonem, Arachosiam ad ortum, Gedrosiam ad meridiem, & Carmaniam desertam ad occasum.

*Drangiana* juxta Taurum, pag. 224. f. aut montes prælaudatæ Drangianæ vicinos, eam ab Aria versus Septentrionem separantes, montem Taurum appellare oportet, qui à Ptolemæo vocatur Baëtra, aut alteram Drangianam Ariæ ad Aquilonem, versus Hyrcaniam asserere.

*Drangi*, pag. 179. prælaudati Drangæ.

*Drapsaca*, v. Adrapla.

*Drinussa* insula, pag. 118. & Drinussa pag. 301. f. maris Ægæi insula, Clazomenis Ionie urbi obiecta, in sinu Smyrneo.

*Drymus*, pag. 539. f. locus Judææ, de quo Josephus lib. 1. de bello Judaico cap. 11. pag. 730. qui circa Carmelum versus Hierosolimam fuisse videtur.

*Dulcis* portus, pag. 565. f. in Coreya insula, à dulci aqua ita dictus, quæ à fluvio in eum effluente dulcis redditur.

*Dura*, pag. 277. f. urbs Mesopotamiæ à qua Danielis cap. 3. v. 1. *Campus Dura* provincie *Babylonis* appellatur.

*Dura*, pag. 279. f. urbs Phœnicie, quæ alias Dora. Vide supra hoc verbo.

*Dyrrachium*, pag. 485. m. urbs, quæ etiam Dysrachium olim Epidamnus dicta, ad mare Ionium & Panyassi fluminis ostia, vicina Taulantiis versus Aquilonem, in territorio peninsulae formam referente: hodie vulgo *Durazzo*, à Turcis *Drazzi* in Albania.

*Dyrta*, pag. 194. m. urbs Assacanorum cis Indum fluvium.

## E.

*Ebal* mons, pag. 20. f. in vulg. editione Deweron. cap. 27. versu 13. Hebal. apud Septuag. Interpretes *ἡβελ*. Gavizim monti proximus, in tribu Ephraim.

*Eben-Ezer*, pag. 26. f. in vulgata editione 1. Regum 4. versu 1. & cap. 7. versu 11. *Lapis adjutorii*, locus inter Masphath & Sen, ad Septentrionalem plagam tribus Dan; prope fines tribuum Juda & Benjamin, subter Bethchar.

*Ecbatana*, pag. 60. quæ & Agbatana, Achmeta necnon Achneta, civitas totius Medie regie sive regni Medorum metropolis, cujus ambitum 258 stadiorum fuisse perhibent: hanc quidam dicunt esse eam quæ nunc *Tauris* appellatur; alii civitatem *Casbin* vulgo nominatam, sitam in *Ayrach* Provincia.

*Ecbatana* locus Syriæ, pag. 87. ex Herodoti lib. 3. cap. 64. *Ἐκβάτανα ἐν Συρίᾳ*. Ecbatana in Syria, Plinius lib. 5. cap. 19. dicit, in monte Carmelo fuisse urbem Carmelum, olim Ecbatana nominatam: Josephus pro Ecbatanis Herodoti Damascum restituit, ubi asserit Cambysem vitâ functum.

*Ecdipon*, pag. 540. urbs, quæ Ecdippon, & Ecdippa; ipsamet quæ Acziba & Achazib, maritima, in tribu Aser, in Phœnicia; hodie in loco circiter ubi *Sandaria*, inter Ptolemaidam & Tyrum.

*Ecinina*, pag. 401. m. urbs minoris Asiæ, à Murena condita, inter Cappadociam, ut videtur, & Pontum Mithridatis regnum.

*Ecregma.*

## INDEX GEOGRAPHICVS.

- Eregeta*, pag. 243. *m.* quod vocatur idest eruptio, locus sic dictus circa Pelusium in Ægypto. quem Strabo lib. 16. pag. 523. inter mare & lacum Sirbonidem ponit.
- Eden*, pag. 1. *m.* vocabulum voluptatem significat. quo communiter intelligimus terrestrem paradysum; ubi autem fuerit hæcenus plane incertum; & diversissima sentiunt authores; opinionem nostram vide in Tabulis sacris Geographicis, ubi opinati sumus fuisse in montibus Armeniæ, è quorum radice defluunt quatuor fluvii Euphrates, Tigris, Phasis, & Araxes.
- Edenis domus*, pag. 52. col. 1. *f.* in vulgata editione Amos 1. versu 5. legitur domus voluptatis; quod vocabulum ibi ad Geographiam nullatenus pertinet.
- Edeffa*, pag. 258. urbs, quæ Hierapolis, Bambyce, & à Syris Magog, postea à Græcis Mædonicæ urbis nomine donata Edeffa fuit appellata; quæ etiam Edesa, & Antiochia Osihoënorum, & Callirhoë, postmodum Justinopolis, urbs Syriæ ultra lævam Euphratis ripam, ex quo etiam Mesopotamiæ tribuitur, nunc vulgo *Orpha*, ad *Chabur* fluvium.
- Edeffeni*, prælaudatæ urbis cives.
- Edomæa*, pag. 23. Edomi rex pag. 39. col. 2. Edomæorum terra 16. vide infra Idumæa.
- Edones*, pag. 93. *f.* populi Mædonicæ ad utramque Strymonis fluvii ripam, non longe ab ejus ostiis, in Thraciæ confinibus, cui attribuentur à Stephano Byzantio; hi ab Authoribus passim Hedones appellantur.
- Edrein*, pag. 19. *f.* in vulgata editione Deuter. cap. 3. versu 1. Edrai. civitas Regia Regis Og, in Basanide, in dimidia tribu Manasse ultra Jordanem, quæ ætate S. Hieronymi Adar sive Adaram vocabatur, ab Astaroth sex mill. pass. à Bosra autem in 24. lapide distans, quam alii Arabiæ, alii Cælesyriæ ascribunt.
- Eglon*, pag. 12. civitas Regia, quæ à Septuag. Interpret. Odolla vocatur, in tribu Juda, ætate S. Hieronymi villa erat prægrandis duodecimo lapide ab Eleutheropoli.
- Egran*, pag. 586. alias Egranorum urbs sive Agranorum urbs, Arabiæ felicitis & forsitan Egra, quam Stephanus Byzantius ad Elaniticum sinum collocat, si non sit Negram Prolemæi ejusdem Arabiæ & ab eodem sinu parum distita.
- Eion*, pag. 115. urbs Thraciæ ad Strymonem fluvium, quæ alias dicta Egialus, sive Eon, quæ varia nomina unicam rem littus videlicet significant; sita erat quatuor milliariis versus ortum ab Amphipoli civitate, cujus emporium erat, quæ nomen suum Eionis Strymoni fluvio tribuens, ejus nomen sibi assumpsit, unde vulgo hodie *Stramona* appellatur.
- Ekronita*, pag. 27. in vulgata editione primi libri Regum cap. 5. versu 10. Accaronitæ cives urbis Accaron, sive ejus Sattariæ, de qua supra hoc verbo.
- Elea*, pag. 293. *m.* & 296. urbs minoris Asiæ, quæ ut refert Stephanus Byzantius, prius Cidenis appellabatur, maritima & duodecim stadiis infra Caicum fluvium versus Meridiem, è regione Lesbi insulæ, in Elaitico sinu, in Æolia; ipsa nunc vulgo *Alea* nominatur.
- Eleensës*, ibid. ejusdem urbis incolæ.
- Elea*, pag. 322. *f.* ibi sermo est de Elæa Thraciæ civitate.
- Elaita* Duris, prioris Elææ civis pag. 258.
- Elaiticum* sinus, pag. 302. pars Ægæi Maris ad Elæam, inter insulam Lesbium & Æoliam.
- Elam* sive Elymaïs pag. 4. in vulgata editione Genes. cap. 14. versu 1. rex Elamitarum; eadem regio, quæ apud Jeremiam cap. 39. versu 34. 35. 36. 37. Ælam, in qua Castrum Susis, quod ejus erat metropolis, Persidem & Mediam regiones complectens.
- Elamita*, incolæ regionis Elam pag. 71.
- Elaphes* mons Phrygiæ, in quo pagus Melissa dictus pag. 128. *f.* apud Arginulam esse asseritur.
- Elatha*, pag. 18. *f.* in vulg. editione Deuter. cap. 2. versu 8. Elath, quæ etiam Aila, & Ailath; in litore maris Rubri in terra Idumæa, ut ait sacra script. juxta Asiongaber, urbs regni Edom. ibi tempore S. Hieronymi erat Romanorum legio dicta decima, vocata quoque est à Josepho Elana.
- Elatia*, pag. 284. *m.* & pag. 289. *m.* urbs Phocidis in Græcia, maxima, ut refert Strabo lib. 9. pag. 292. per cujus agrum fluebat Cephisus amnis, Homero incognita, utpote condita post ejus mortem.
- Elea*, pag. 514. *f.* urbs Italiæ in veteri Lucania, quam Strabo libri sui sexti initio dicit prius Hyelam dictâ, post Ellam, deinde Eleam; Stephanus Byzantius asserit prius Byle nominatam, fuit etiam Velia appellata, maritima ad ostia Elei fluvii dicitur esse, quæ nunc *Pisciota*; in principatu ceteriori.
- Elea*, pag. 302. urbs minoris Asiæ vide supra Elæa. eadem est pag. 372. *m.* & pag. 401.
- Eleasa*, pag. 347. in vulg. editione 1. Machab. cap. 9. versu 5. Laia; ipsa est Laïs sive Dan, vide supra Cæsarea Philippi.
- Elephantina* urbs, pag. 85. *m.* superioris Ægypti; in insula Nili cognomine, quæ Tabennesium insula esse creditur.
- Elei*, pag. 284. *m.* & singul. num. Eleus, incola regionis Peloponnesi, quæ Elea sive Elis appellatur; cui ad Septentrionem Achaia est, ad Orientem Arcadia, ad meridiem Messeni, ad Occidentem Ionium Pelagus.
- Eleus Chersonesi*, p. 97. in gen. Eleuntis. & p. 295. *m.* urbs Chersonesi Thraciæ ad Hellepontum sita, & in parte Chersonesi, quæ magis vergebat ad meridiem.
- Eleusia*, pag. 594. *m.* oppidum Ciliciæ, quod Sebaste mutato nomine dicebatur, maritimum, inter Corycium & Pompeiopolim.
- Eleusine*, pag. 393. urbs Atticæ prope Athenas versus occasum, & Megara Orientem hyemalem versus, ad litus Saronici sinus & ostia fluvii, cui nomen Schitus; ibi celebre Cereris & Proserpinæ sanum illam vicum Hippothoontidis tribus affirmat Stephanus Byzantius; hodie vulgo *Lepfina*.
- Eleuthera*, pag. 435. urbs Crætae insulæ, quam Stephanus Saorum appellari dicit, mediterranea erat inter Gortynam & Gnossium.
- Eleutherocilices*, pag. 480. *f.* qui nullis regibus obtemperabant, quorum urbs Pindenissus, Tibarenis finitimi; incolebant Orientalem eamque infestissimam Ciliciæ partem, ad montem Amanum.
- Eleutherus* fluvius, pag. 358. *f.* qui in monte Libano enascens, atque ab Oriente in Occidentem decurrens, tributum Afer præterfluit, ac mare Syriacum ingreditur. Postea *Lania* ita Nubiensis parte 5.

INDEX GEOGRAPHICVS.

- Clim. 3. à quibusdam torrens *Rama*; hodie vulgo *Casimire* appellatur.
- Eliciorum* rex, pag. 62. f. in vulg. editione Judith. 1. versu 6. rex Elicorum apud septuaginta interpretes *Ἐλικίων* hinc constat Elicos seu Elicios fuisse Elymaidis accolas, de qua supra verbo *Elam*.
- Elidenfes*, pag. 591. f. apud quos Ludi Olympiaci, iidem sunt, qui Elei, vide supra hoc verbo.
- Elim*, pag. 13. & *Elima* ibidem, sexta mansio filiorum Israël, ubi erant duodecim fontes aquarum & septuaginta palmæ, inter *Mara* & *Sin*: hunc locum hodie *Belba*, vulgo *Belbes* vocari putat Postellus.
- Elius*, pag. 147. forsitan ex *Elea* Cypri urbe maritima, cum promontorio cognomine, *Salaminae* urbi ad Orientem.
- Elasaris* rex, pag. 15. in vulgata editione Genes. cap. 14. versu 1. *Arioch rex Ponti*. Legit Symmachus *Ἐλασαρ* regio Asiae minoris Mari Euxini appositâ, inter Bithyniam ad Occidentem & Paphlagoniam ad Occidentem, quæ pontus Bithyniæ; verosimile est ibi hac voce Ponti intelligi accolas maris Euxini versus Aquilonem, inter quos Scythæ numerantur.
- Elatha*, pag. 16. f. ad litus maris Rubri, in terra *Edomaorum* in vulgata editione 3. Regum cap. 9. versu 26. legitur *Ailath*, est ipsemet locus *Elatha* dictus, de quo supra.
- Elymais* regio, vide supra *Elam*.
- Elymai*, *Elymaidis* indigenæ.
- Elymais*, pag. 336. nobilissima civitas, *Elymaidis* regionis caput, in *Perside*, eadem quæ 2. Machab. 9. versu 2. alio nomine *Persepolis* nominatur, ad *Rhogomanem* fluvium sita; hanc dicunt quidam esse, quæ hodie *Siras*, alii *Siaphas*.
- Embolima*, pag. 193. f. urbs Indiae, non longe ab *Aorno* petra, de qua supra, de illa *Ptolemæus* Geogr. lib. 7. cap. 1. qui illam in *Indo-Scythia*, juxta & cis *Indum* fluvium collocat.
- Emai*, pag. 5. in vulg. editione Genes. cap. 14. versu 5. legitur *Emim* in *Save Cariathaim*, populi stature gigantæ, qui primi habitaverunt terram *Moabitaram*, quæ terra postmodum cessit tribui *Ruben*, de *Save Cariathaim* vide Geogr. nostram sacra Scripturæ.
- Emathia*, pag. 487. f. hoc vocabulo sæpe apud *Poetas* tota *Macedonia* accipitur, sed ab aliis scriptoribus pro parte *Macedoniæ*, quæ speciali nomine *Macedonia* appellatur, cui ab occasu *Pæonia* & *Deuriopes*, ab Austro *Thessalia*, ab ortu *Pieria* & *Bottiaea*, ab Aquilone *Pelagonia*.
- Emesa*, pag. 466. m. quæ etiam *Hama* dicta p. 609. f. sive *Emella*, *Emisa*, *Emissa*, & *Hemesa* urbs Syriae, quæ in *Martyrol. Rom.* Phœnicia attribuitur, ad fluvium *Orontem* sita, inter *Antiochiam* & *Damascum*: hodie vulgo *Hamsa*.
- Emessena* gens, pag. 508. m. agri scilicet *Emesseni* circa *Emessam*.
- Emmaus*, pag. 333. f. & *Emaus* & *Ammaum* Castellum, civitas in tribu *Juda* stadiorum sexaginta ab *Jerusalem* occasum versus, quod Castellum à *Varo* exultum, postea *Nicopolis* appellatum est; nunc vulgo *Nicopol.* pene excisa.
- Emodi* montes, pag. 197. pars *Tauri Montis*, *Indiam* ultra *Indum* à *Scythia* determinans, de his *Ptolemæus* lib. 6. cap. 15. suntque Asiae maximi, à quibusdam *Moghali* ab aliis *Dalanguer* appellantur.
- Emorai*, pag. 5. in vulgata editione Genes. 14. versu 7. legitur *Amorrhæus*, qui habitabat in *Asaphon-thamar*; quæ (ita 2. Paralip. 20. versu 2. est *Engaddi* civitas in tribu *Juda*, & etiam simpliciter *Thamar* dicta, quæ *Josepho* *Engadda*, una ex *Toparchiis* juxta mare mortuum.
- Endor*, pag. 28. f. civitas in dimidia tribu *Manasse* cis *Jordanem*, prope montem *Ephraim*.
- Enbakkore*, vide *Lechi*.
- Enna*, pag. 371. m. urbs *Siciliæ* insulæ, in ejus medietate sive centro, super montem posita, & juxta ejusdem nominis lacum: hodie vulgo *Castro Giouvanî* nominatur, in valle di *Noio*.
- Eoa* scepra, pag. 488. id est regna, quæ ad partes sunt *Orientalis* orbis terræ.
- Eordenses*, pag. 211. m. ex urbe *Eordea* in *Mygdonia* *Macedoniæ* regione, ad *Axiu* amnem posita.
- Ephesus*, pag. 17. m. *Ephesina* urbs, p. 138. quæ prius *Arsinoe*, necnon, teste *Stephano Byzantio*, *Smyrna*, *Samorna*, *Trychia*, *Ortygia*, & *Ptelées*, urbs *Ionie* in *Asia* minori, maritima, *Dianæ* fano celebris, apud *Caystri* fluvii ostium: nunc vulgo *Epheso* sive *Fiena*.
- Ephesius*, prælaudatæ *Ephesi* civis.
- Ephraimi* tribus, pag. 22. m. à mari occasum versus ad *Jordanem* fluvium versus ortum protensa, tribui *Manasse* Aquilonem versus, tribui vero *Benjamin* versus Austro contigua, præcipuam complectebatur *Samariæ* partem.
- Ephraim* urbs, pag. 630. in vulg. editione *Joannis* 11. versu 54. *Ephrem*, civitas in regione, quæ juxta desertum, Græce *Ephraim*, in tribu *Ephraim*, juxta terminos tribus *Benjamin*.
- Ephraimi* mons, pag. 23. f. sive montes per partem tribus *Manasse*, per tribum *Ephraim*, necnon per tribum *Benjamin* sparsi, quorum præcipua pars tribum *Benjamin* à tribu *Ephraim* separans, terminus erat regni *Juda* ad Aquilonem, illud à regno *Israel* determinans.
- Ephraimitæ*, *Israélite* tribus *Ephraim*.
- Ephron*, pag. 339. f. civitas magna & munita ultra *Jordanem*, in dimidia tribu *Manasse*, ad *Australem* & *Occidentalem* plagam.
- Epidamnus*, pag. 542. m. vide *Dyrrachium*.
- Epidaphne*, vide *Antiochia* Syriae.
- Epidaurus*, pag. 429. urbs *Argolidis* regionis, in *Peloponneso*, ad sinum *Saronicum* sita, quam *Scylax* in *Periplo* inter *Troezenen* & agrum *Corinthiacum* ponit; erat *Æsculapii* fano celebris; hanc nunc *Pigada* appellari testatur *Niger*, apud *Sophianum Cheronsi*.
- Epidaurii*, pag. 217. f. hujusce urbis incolæ.
- Epiphania*, pag. 434. m. urbs in confinio *Ciliciæ* & *Syriæ*, ad *Corraum* fluvium sita, inter *Anazarbum* ad *Boream* & *Alexandriam*, quæ ad *Illiū*, versus meridiem.
- Epirus*, pag. 224. regio sive pars Græciæ, quæ versus Septentrionem à *Macedoniâ* *Celydno* fluvio separatur, & *Pindo* monte à *Thessaliâ* versus Orientem, mari *Ionio* meridiem & Occidentem versus: hodie vulgo *Canina*, & *Albanie* regni pars inferior.
- Epirota*, pag. 157. f. *Epiri* incolæ.
- Epiroticum* regnum, regis *Epiri*.
- Era*, pag. 117. m. urbs *Ionie* prope *Teum* & *Lebedum*, quæ videtur fuisse maritima oppidum *Teium* vocatur à *Strabone* lib. 13. pag. 443.

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Erana*, pag. 480. f. quæ etiam Fugerana, alia lectio Eugerana, Ciliciæ ad montem Amanum, quæ fuit non vici ad instar sed urbis, & ejusdem montis Amanii caput.
- Eretria*, pag. 96. & 392. m. urbs Euboeæ insulæ, quam Strabo lib. 10. pag. 308. ait appellatam fuisse Melanen, & Arotriam, sita erat ad Eutipum, è regione portus Atticæ, cui nomen Delphinium, quæ Eretria vetus dicta, nova Eretria ejusdem insulæ postmodum constructa fuit, Chalcidensi civitati ad Austrum: hodie vulgo *Rocho*.
- Eretriensis*, pag. 104. f. Eretrii pag. 92. f. Eretrica mulier pag. 106. m. aut prælaudatæ urbis cives, aut forsitan Eretriæ urbis Thesaliæ, quæ hodie *Vatia*.
- Eriandes* amnis, pag. 663. majoris Asiæ, circa Parthiam aut Hyrcaniam.
- Erioch* campus, pag. 62. f. & ibidem Arioch. Rex erat Elicorum, cujus campus ab eo Erioch dictus; in Elymaide, ut dictum est supra, verbo Elicorum.
- Eriza*, pag. 299. f. urbs minoris Asiæ, quæ circa Cariam fuisse videtur.
- Erymanthus* amnis, pag. 285. qui & Erimanthus fluvius majoris Asiæ, inter Drangianam regionem & Arachosiam.
- Erythra*, p. 118. & 242. f. & p. 407. urbs Ionie in Asia minori, quæ, ut refert Stephanus Byzantius, Cnoppolis nominata fuit, in Ionie Chersoneso, è regione Chii insulæ. Portum habebat, ut ait Strabo lib. 14. pag. 443, & quatuor insulas ante eum, quæ Hippi (id est equi) vocantur; ibi præcis temporibus nata est Sibylla mulier fatidica.
- Erythra*, pag. 102. f. urbs Bœotie in Græcia, inter Cytharonem montem ad Austrum & Alopum fluvium sita; non longe à Plateis urbe Orientem versus.
- Erythraa*, pag. 428. m. insulæ Cretæ civitas, quæ ad Orientalem insulæ plagam fuisse videtur.
- Erythraa* insula, pag. 407. ibi sermo non est de alia quam de Erythris Ionie, quæ quia in peninsula, hæc ab ea potuit Erythraa nominari.
- Erythrarum* promontorium pag. 322. f. quod Erythris Ionie vicinum, è regione Chii insulæ.
- Erythraum* mare, pag. 11. m. idem ac mare Rubrum; idem enim dictio Græca significat, de quo infra.
- Erythrai*, pag. 116. f. & 141. Erythrarum Ionie cives.
- Esca*, pag. 586. urbs felicitis Arabiæ à Gallo deleta, ut Plinius refert lib. 6. cap. 28.
- Escholus* vallis, pag. 16. m. in vulg. editione Num. 13. versu 25, non de valle, sed de Torrente agitur, & Nehelescol ibidem id est Torrens Botri nominatur, vallis itaque ad hunc Torrentem Botri, vallis Botri, locus erat in tribu Dan, non longe à Torrente Sorec.
- Esthaol*, pag. 26. f. in vulg. edit. Judic. 16. versu 31. Esthaol; alibi Esthaol, civitas primo in sorte tribus Juda, postmodum tribui Dan data, sita in campis: hodie villa *Asto* ad præterfluentem Torrentem Sorec, ut asserit Zieglerus.
- Essa* sive *Gerasa*, pag. 400. m. vide Gerasa.
- Essebona*, pag. 402. m. eadem urbs, quæ Hesebon; vide infra verbo Hesebonis rex.
- Esthmonis* arx, pag. 583. m. ab Herode condita, in Perzæ regione.
- Etami* petra, pag. 26. f. petra prope urbem Etam, alias Athar dictam, quæ primo fortis tribus Juda, postea tribui Simeon data est; ibi Spelunca petra Etam, de qua Judic. 35. versu 8.
- Etham*, pag. 12. f. quæ est in extremis finibus solitudinis: tertia mansio filiorum Israel inter Aegyptum & mare Rubrum; ibi hac ætate Zuem Emporium esse asserit Zieglerus.
- Ethami* desertum, p. 12. f. vicinum mansioni Etham, quod, ut constat ex Num. cap. 33. versu 8, etiam ultra mare Rubrum extendebatur, eratque idem, quod Sur appellatur Exodi 15. versu 22.
- Etienneses* potius Etenneses, p. 280. f. populi Pisidiæ in Asia minori, qui montanam regionem supra Siden incolebant, Pamphylie vicini.
- Etruria*, vide Hetruria.
- Evace*, pag. 215. species equitum apud Persas.
- Evassila* flumen, pag. 192. m. fluvius Indiæ & circa superiores, ut videtur, Indi fluminis partes.
- Euboea*, pag. 179. m. & 100. insula una è septem majoribus maris Mediterranei insulis, quæ ob longitudinem olim Macris appellata, hanc Strabo describit initio libri 10. ab Occidente in Orientem protenditur; ad meridiem habet Locros; Bœotiam, & Atticam; à continente Græciæ separatur freto, quod Euripus appellatur; eique continentem apud Chalcidem urbem ponte jungitur, habet ad Aquilonem Aegæum mare; fuit etiam hæc insula Chalcis nominata: hodie vulgo Italus *Negroponte*, Gallis *Negre pont*.
- Euboicum*, pag. 298. f. talenti species, ab Euboea sic denominati.
- Evergete*, pag. 184. vide Arimaspi.
- Eulais* fluv. pag. 71. vide Ulaius.
- Euleus* amnis, pag. 214. f. vide Ulaius.
- Eupatoria* urbs, pag. 368. m. & pag. 455. f. & 456. à Mithridate Eupatore condita, & à Pompeio magno instaurata, atque ab eo Magnopolis sive Pompeiopolis nominata, urbs in Asia minoris Ponto; Amiso civitati proxima versus oceanum.
- Euphrates*, pag. 8. fluvius maximus è montibus Ararat sive Armeniæ erumpens, Cappadociam, Armeniam minorem, Syriam, & Arabiam à dextrâ, Armeniam majorem & Mesopotamiam à sinistra alluit, Chaldaeamque interfecans in Tigrim sese effundit, ac nomine perdidit cum eo in Persicum sinum evoluit; hodie vulgo *le Frat*.
- Euvomus*, pag. 290. m. & Euronensium urbs p. 286. f. urbs Cariæ in Asia minori, quam Strabo lib. 14. pag. 453. inter urbes maritimis urbibus vicinas enumerat.
- Euronensium* oppida & Provincia, loca & territorium prælaudatæ urbis pag. 330.
- Europa* una trium orbis veteris partium, quæ à Septentrione & occasu Oceano, ab Austro Mediterraneo mari, ab ortu mari Aegæo, Propontide, ponto Euxino, Tanaide fluvio lineâque ad Septentrionem directâ concluditur.
- Europus* urbs, pag. 277. f. ex Polybio lib. 5. Histor. pag. 393. urbs ad Euphratem, & Parapotamiam, id est regionis circa eundem fluvium, quasi terminus versus Aquilonem.
- Eurymedon*, pag. 106. m. fluvius Pamphylie, qui in Pisidia nascens, ab Aquilone in Austrum fluit, ac tandem mare Pamphylum ingreditur; de eo Strabo lib. 14. pag. 459. hodie *Zacuth*, aut *Jeron*.
- Euxinus* Pontus, seu mare Ponticum, olim Axenus, id est Inhospitalis à Septentrione Tauricam Chersonesum, Bosphorum Cimmerium & Sarmatiam Asianam habens; ab ortu Colchide, à Meridie

# INDEX GEOGRAPHICVS.

Asia minori, ab occasu Thraciâ, Scythiâ parva & Daciâ circumcingitur; vulgo mare Nigrum seu majus, Gallicè *la Mer Noire* sive *Mer Majoure*.  
*Ezion-Gaber*, pag. 16. f. in vulg. editione Num. 33. versu 35. Añon-Gaber trigesima secunda mansio filiorum Israel in deserto Pharan, in terra EDOM, postea civitas & portus ac navale, ad littus maris Rubri, hæc tempore Josephi Berenice vocabatur, tempore S. Hieronymi Essia, in sinu Elanitico, non procul ab Elana villa.

## F.

*Florentinus*, pag. 528. civis urbis, cui nomen Florentia, olim Colonia & Fluentia dicta, Hetruriae caput, super Arnum fluvium, nunc vulgo *Firenza* & *Firenza*. Gallis *Florence*.  
*Forojulienfis*, pag. 578. f. è civitate, cui nomen Forum Julii, quæ Carnorum erat ad Natisonem fluvium & Alpium radices; vulgo *Civdad di Friuli*, in Territorio, cui nomen dedit Forojulienfis, vulgo *le Friouli*.  
*Forum Cornelii*, pag. 518. sive Forum Corneliuum, quod postea Forum Syllæ nominatum fuit, urbs Æmiliæ seu Galliæ Togatæ, quæ ex itinere intervallis deprehenditur esse eadem, quæ nunc *Imola*, in Romandiola, apud Vaternum fluvium.  
*Frusino*, pag. 286. urbs Latii in Hernicis, quæ etiam Frusinum, apud fluvium Cosam, inter Privernum & Alatrium, nunc *Frusilone*.  
*Fugerana*, pag. 480. f. vide supra Erana.  
*Fuxensis codex*, pag. 151. m. idest Bibliotheca Collegii Fuxensis Tolosæ à Cardinale Fuxensi fundati. Fuxum urbs ad Aurigeram *Vaurige* amnem, cum comitatu cognomine, in Occitania, vulgo *Foix*.

## G.

*Gabala*, pag. 402. m. plurali num. & pag. 583. m. urbs Galiliæ, Mediterranea, in tribu Aser, in confiniis tribus Nephthali.  
*Gabala Ciliciæ*, pag. 440. f. v. Cabala.  
*Gaba*, pag. 190. Sogdianorum oppidum munitum; medium inter Massagetæ & Sogdianos situm.  
*Gabaza*, pag. 190. m. regio majoris Asiæ; Sogdianæ pars, aut ei, ut videtur, vicina atque Massagetis.  
*Gabenorum Regio* sive  
*Gabiene*, pag. 238. f. & 239. f. regio Assyriæ circa Tigrim fluvium, non longe à regione Paratacena.  
*Gabiniurum* urbs, vide Samaria pag. 583. m.  
*Gad* tribus, pag. 20. trans Jordanem, accepit pro sorte mediam terram regni Amorrhæorum, habens ab Aquilone conterminam dimidiam Tribum Manasse, ab Austro Tribum Ruben, ab ortu Arabiam, ab occasu, Tribum Issachar, alteram dimidiam tribum Manasse quæ cis Jordanem, & tribum Ephraim à quibus Jordane fluvio sejungitur.  
*Gadite*, populi tribus Gad.  
*Gadamala*, v. Gamarga.  
*Gadamaria*, v. Gamarga.  
*Gadara*, pag. 280. m. & 289. urbs trans Jordanem contra Tiberiadem & Scythopolim, ad Orientalem plagam, in dimidia tribu Manasse, non procul à

tribu Gad distita, sita supra montem, cujus radices alluit Hieron, sive Hippodion fluvius.  
*Gadara*, pag. 334. m. vide Gazara.  
*Gadareu*, Gadarenfis, & Gadareus, Gentilia nomina prælaudatæ urbis Gadara.  
*Gadarenorum* regio, pag. 623. vide infra Gergefeni.  
*Gardala*, v. Garmarga.  
*Gades*, pag. 437. m. insula, olim Bætica regionis in Hispania, proxima continenti cum urbe cognomine; nunc *Cadis* vel *Caliz* dicta, ad oram Andalusie.  
*Gadlonitis* regio, pag. 448. m. minoris Asiæ in Ponto Galatico; apud Strabonem lib. 12. pag. 377. *Gadlonitis* Gadlonitis, post ostia Halys fluvii (id est versus Orientem) usque ad Saramenam.  
*Gaditanum* fretum, pag. 431. m. quod & Herculeum, Iberum sive Hispanum dictum, inter Bæticam ad Aquilonem & Mauritaniam Tingitanam ad Meridiem, mare Mediterraneum, Orientem versus, ab Oceano Atlantico versus occasum separans: hodie Hispanis *Estrecho de Gibraltar*, Gallis *détroit de Gibraltar*.  
*Galaad*, pag. 8. sive Gileadis mons, qui etiam Jegar Sihadutho, qui pariter Hebraice Galhed, & Gilhad, Josepho Galades; Ptolemæo Hippins, à rupe Arnon versus Septentrionem quinquaginta circiter miliaria longus, ad Libanum usque porrigitur, qui pro locorum varietate, varia sortitur nomina.  
*Galaaditis* regio, pag. 337. m. sive Galaad terra, & regio Galaaditica, & Gileadis terra pag. 19. necnon Galaadina, & Galadina atque Galadena regio trans Jordanem concessa tribubus Ruben, Gad, & dimidia tribu Manasse, Jordane ab occasu, & Galaad monte ab Oriente conclusa.  
*Galaadite*, pag. 337. f. præfatæ regionis accola.  
*Galadenorum* regina, pag. 386. f. Galadene sive præfatæ Galaaditidis regionis.  
*Galata*, pag. 275. f. *Gala* populi regionis, quæ *Galatia*, pag. 329. 161. & 302. m. regio Asiæ minoris, quæ etiam Gallo-græcia & Græco-gallia dicta, à Septentrione Paphlagoniâ, ab ortu Cappadociâ, à meridie & occasu Phrygiâ magna concluditur: nunc vulgo *Chiancare* ex occupatis partibus Phrygiæ, Paphlagoniæ, Mysiæ ad Olympum & Cappadociæ; & aliquando ad Taurum usque montem ejus extensa dominio. Vide infra Gallo-græcia.  
*Galatica* regio ipsamet Galatia.  
*Galatia* regio, pag. 280. m. eadem quæ Galaditis sive Galaaditis, de qua supra.  
*Galgala*, pag. 347. urbs, de qua lib. 1. Machab. 9. versu 2. in tribu Nephthali, in Galiliæ Gentium sive superiore.  
*Galilæa*, pag. 52. f. regio tertæ promissionis & pars Syriæ, cujus fines à Septentrione Syria sive Phœnicia, interjacente Libano monte; à Meridie Samaria & Carmelus mons, ab Oriente Jordanis fluvius, ab occidente mare magnum sive Occidentale; quatuor continebat tribus, Aser, Nephthali, Zabulon & Issachar.  
*Galilæa gentium*, pag. 44. col. 2. pars præcedentis Galiliæ versus Septentrionem, quæ etiam Galilæa superior appellata est.  
*Galilæa* mare, pag. 625. vide verbo Geneareth aqua.  
*Gallia*, pag. 112. m. regio Europæ, sub qua comprehenduntur regiones; ab Oriente Rheno amne & Alpium parte inclusæ, ab Austro interno Mari

## INDEX GEOGRAPHICVS.

- Pyrenæique jugis, ab Occidente Oceano Gallico, ab Aquilone Britannico; vulgo *la Gaule*, sive potius *les Gaules*.
- Gallia Cisalpina*, pag. 409. pars Italiae, quæ à Gallis invadentibus & incolentibus Cis Alpina, quia respectu civitatis Romæ intra Alpes, id est Alpibus montibus ad ortum, quæ etiam.
- Gallia Circumpadana*, pag. 511. *m.* ipsamet Gallia-Cisalpina, quæ ita dicta est, quia circa Padum fluvium sita, & bipartita in eam, quæ ultra Padum, quæque Transpadana; atque in eam, quæ intra Padum, id est Pado ad Meridiem, quæ Cispadana fuit appellata.
- Gallia Comata*, pag. 527. eadem est cum Transalpina Gallia, vide supra verbo Gallia.
- Gallia Togata*, pag. 527. eadem, quæ supra Gallia Cisalpina.
- Gallia Narbonensis*, pag. 527. sive Provincia Narbonensis Gallie; complectebatur Occitaniam & Provinciam Arelatensem, seu potius Gallo-Provinciæ partem maritimam.
- Gallicus sinus*, pag. 431. pars Mediterranei maris Galliis exposita, quæ nunc vulgo *Golphe de Lyon* appellatur, cum mari Massiliæ, ac mari Gallo-Provinciæ.
- Gallo-græcia*, pag. 269. *m.* Galatia, de qua supra, quam Galli in tres populos Trocmos, Tectosagos, & Tolistobogios, divisi occupavere; atque totam Asiam minorem sibi tributariam fecere, Trocmi Hellepontis ora, Tolistobogii Æolidem & Ioniam, Tectosagi Asiam mediterraneam ad Taurum usque montem.
- Gallo-græci*, pag. 299. *m.* ipsi, qui supra Galatæ.
- Gamala*, pag. 42. *m.* urbs cum arce munitissima, super montem sita, qui Cameli speciem referebat, unde nomen urbs Gamala (id est Camelum) accepit; in dimidia tribu Manasse ultra Jordanem; intra mare Galilææ & Arabiam.
- Gamaliticus ager*, pag. 648. *m.* regio circa prælaudatam Gamala urbem, in qua plurimi erant vici.
- Gamarga*, pag. 239. sive Gadamala, Gadarla, & Gadamatta. Parva regio Mediæ versus occasum, forsitan Ptolemæi Marciana, aut Margasi populi.
- Gambrium*, pag. 134. *f.* oppidum Ionie in Asia minori, quod Stephanus Byzantius Gambreium vocat.
- Gamorrhum*, pag. 5. *v.* Gomorrhæa.
- Gandaridæ*, pag. 199. qui Gangaridæ pag. 197. *m.* populi Indiæ extra Gangem, aliis circa eundem fluvium. Ptolemæus illos ad ostia, Diodorus & Curtius ad Indi & Gangis fontes collocant.
- Ganges fluvius*, p. 181. *m.* Indiæ maximus, ab Aquilone in Austrum decurrens, pritis Chliarus dictus, Indiam totam in eam, quæ citra Gangem, & eam quæ ultra Gangem dividit.
- Garamantes*, pag. 583. *f.* Libyæ populi.
- Garamantides undæ*, p. 493. *f.* his verbis mare Mediterraneum Libyæ vicinum intelligitur.
- Gargaza*, *v.* Gorgaza.
- Garisim mons*, pag. 8. mons Samariæ altissimus, in tribu Ephraim, prope urbem Sichar Austrum versus, in eo
- Garizimitanum templum*, pag. 326. *f.* sive Gatizitanum Hierosolymitano Templo simillimum, in præfato monte Garizimo.
- Gathum*, pag. 28. *m.* in vulg. editione 1. Reg. cap. 21. versu 10. Geth urbs olim Regia, in qua Gigantes habitavere, una ex quinque Satrapiis Philistinorum, in districtu tribus Dan, non longe à mari; ætate S. Hieronymi Diocæsarea vocabatur; alias Anthedon & Agrippias dicta; nunc *Zaph* sive *Thelim* ipsa quoque olim Gitta dicta vide p. 56. *f.*
- Gathum-Chepheri*, pag. 44. col. 2. in vulg. editione 4. Reg. cap. 14. versu 25. legitur *Geth quæ est in Opher* S. Hieronymo Gethopher, & Geth Epher in tribu Zabulon, videturque non diversa ab Epher, neque ab Opher.
- Gaugamela*, pag. 66. plurali numero, quod Cameli domum significat, vicus ignobilis in Aturia Perfidis regione, ut asserit Strabo initio libri 16. ad Bumelum fluvium situs, ubi Darius victus Imperium amisit, 100. circiter stadiis ab Arbelis civitate, cui, utpote loco nobiliori, assignata est à Macedonibus hæc celebris Alexandri victoria.
- Gaulana urbs*, pag. 401. *f.* quæ in sacra Scriptura Gaulon dicta, nec non Golan, civitas in Basan seu Basanitide regione, in dimidia tribu Manasse trans Jordanem, quæ facta fuit confugii & Levitis data.
- Gaulanitis*, pag. 402. *m.* & Gaulonica regio pag. 602. *m.* regio circa prælaudatam Gaulanam urbem.
- Gaulanites*, pag. 611. Gaulanæ civis.
- Gaza*, pag. 186. urbs Sogdianorum aut circa Sogdianam.
- Gaza*, pag. 23. civitas una ex quinque Satrapiis Philistinorum, quæ cessit sorti tribus Juda, quæ etiam Gazara, & Gazera, Gazer, Gazaris Hebrais; Aza dicta apud Syros, ut notat Stephanus Byzantius, qui eam Phœnicis, postmodo sua ætate Palæstinæ urbem dicit, vocatam quoque fuisse Ione, & Minoc, septem stadiis à Mari distans, quæ ab Alexandro diruta, nova in vicino loco Gaza constructa est tempore Machabæorum; ultima urbium erat versus Ægyptum: hodie etiam florens ac vulgo *Gaza* sive *Gazara*.
- Gaza vetus*, pag. 244. *f.* locus Gazæ vicinus, ubi Gaza, quæ ab Alexandro diruta.
- Gazæus*, Gazensis, pag. 168. *m.* Gazæ urbis gentile nomen.
- Gazara*, pag. 334. *m.* sive Gadara, & Gazera, pag. 346. *f.* in vulgata editione 1. Machab. 4. versu 8. Gezeron, ipsa est Gazer, quæ etiam Gaser, & Gezer, civitas olim Regia, in tribu Ephraim & Levitis data, non longe à confiniis tribus Benjamin.
- Gazurfa*, pag. 432. ipsa est Strabonis lib. 12. p. 378 Gaziura, antiqua Regia sua ætate destructa, in Cappadocia ad Irim fluvium, Comanis ad Aquilonem, & ubi Iris se in ortum inflebat.
- Geba*, pag. 36. col. 1. *f.* in vulg. edit. 2. Paralip. 16. versu 6. legitur *Gabaa*, civitas tribus Benjamin, quæ etiam ob natales Saülis dicta est. 1. Reg. 11. versu 4. Gabaa Saülis, ejus Regia effecta, quæ & Gabaa Benjamin, prius confugii & Levitis data.
- Gedara*, pag. 682. *f.* Gedera, ipsa est, teste S. Hieronymo, Gader, civitas olim Regia, quæ postmodum tribui Juda assignata fuit.
- Gedor*, pag. 336. *m.* alias Cedron, vide supra hoc verbo.
- Gedrosia*, pag. 210. Indiæ Regio, ab Occidente Carmaniâ, ab Aquilone Drangianâ & Arachosiâ, ab

Oriente

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Oriente Indo fluvio & altera Indiæ parte, à Meridie Mari Indico conclusa: ubi nunc regiones Persarum *Circan* & *Macran*.
- Gedusanus* ager, pag. 406. m. in Asia minori.
- Gela*, pag. 61. ubi male Cilicia pro Sicilia scribitur, & pag. 126. f. urbs Siciliae insulae ad Gelæ fluvii ostia, à quo suum nomen desumpsit; nunc hodie *Terranova* vocatur, quod nomen eidem indidit fluvio, in ora insulae Australi Africae opposita, in valle Notiensis di *Noto*.
- Geloi*, pag. 167. ejusdem urbis incolæ.
- Geman*, pag. 666. f. alias Nain, vicus Samaritæ in campo magno situs, in dimidia tribu Manasse cis Jordanem, qui Nais & Ginais vocatur, de quo Adrichomius in eadem tribu numero 45.
- Genezareth* aqua, pag. 361. & Genezareth lacus, dictus etiam stagnum Genezar, sive etiam mare, necnon mare Tiberiadis, situm autem est interfluente fluvio Jordane inter dimidiam tribu Manasse quæ trans Jordanem ab ortu, partem tribus Nephthali versus Aquilonem, tribum Zabulon ad Occidentem, & partem tribus Issachar ad Austrum; hodie vulgo *Tabaria*, vocabatur etiam mare Galilææ.
- Genesareth* terra, pag. 624. f. quæ etiam terra Genesareth, regio in tribu Nephthali, circa ejusdem tribus urbem Cenereth, sive Ceneroth.
- Gentium* Rex Tidal, pagina 5. vel; ut vulg. editio Gen. 14. versu 1. Thadal; ideo Gentium regem appellatum dicunt interpretes, quia regnum ejus ex pluribus collectis Gentibus constabat, sed ubi nam fuerit regnum illud non expriment, verosimile est fuisse Regem regionum Occidentis; quarum populi passim Gentes sunt appellati.
- Gephrus*, pag. 280. m. Cælestriæ oppidum.
- Gerarum*, pag. 5. f. in vulg. edit. Gen. 20. versu 1. in Geraris, Gerara urbs olim Regiæ, inter solitudines Cades & Sur, terminus Chananeorum versus Australem plagam, cujus vicina regio Gerarica dicta, proximus tortens Gerara nuncupatus, sicut & vallis: intra tribum postea Simeonis.
- Gerasa* alias Essa, pag. 400. m. quæ & Geraza, quæ Josepho Gerasis & Gergesa S. Hieronymo Gargas, urbs in dimidia tribu Manasse ultra Jordanem, mari Galilææ ad ortum proxima.
- Gerasseni*, pag. 404. f. ejusdem urbis aut vicinæ regionis incolæ.
- Gergeseni* seu Gadareni, pag. 623. m. Gergesatum & Gadaratum urbium Vicinarum territorii (quod passim Gergesenum & Gadarenum dictum est) incolæ; Gergesa eadem, quæ supra Gerasa.
- Gergithæ*, pag. 135. & Gergithus pag. 302. oppidum munitum Mysiæ in Asia minori, ad Idam montem, in agro Lampfaceno; est alia Gergitha urbs Æolidis prope Larissam.
- Gergithæ*, pag. 94. ejusdem urbis incolæ.
- Germani*, pag. 484. Germaniæ populi, quæ regio Europæ amplissima; quæque pro limitibus ab occasu Rhenum amnem habet, ad Aquilonem Oceanum & Suevicum mare, ab ortu Vistulam fluvium, à Meridie Alpes Rheticas, Carnicas & Julias; regiones finitimas ab occasu Galliam, ab ortu Poloniam & Hungariam; Italiam ab Austro: nunc vulgo Gallis *l'Allemagne*.
- Gerovesus*, pag. 136. f. Eubœæ insulae portus, locus, quem vicum vocat Srephanus Byzantius, cum pro-
- montorio totius insulae Australiori; ubi celeberrimum erat Neptuni fanum.
- Gerra*, pag. 277. f. Castellum sive oppidum Syriæ, ad Alfadamum montem.
- Gerreni*, pag. 341. lib. 2. Machab. cap. 13. versu 24. incolæ urbis Gerra, quæ etiam Gertha, Gerrum & Gera, Ægypti inferioris maritima, ad confinium Palæstinæ, à Pelusio (ut ait Sozomenus) plus minus quinquaginta stadiis distans, in Cassiotide regione, apud paludem Sirbonidem: hodie vulgo *Maseli*.
- Gerrus* mons ibidem, prope urbem Gerra, quem Ægypti versus Palæstinam terminum constituit Ptolemæus.
- Gerzi* populi, pag. 28. m. in vulg. editione primi Regum cap. 27. versu 8. de Gerzi; regio, quæ videtur fuisse Idumææ, sicut & Gessuri, de qua ibidem.
- Geshurita*, pag. 19. f. Rex Geshur, & pag. 28. m. in vulg. editione 1. Regum cap. 27. versu 8. Gessuri; asserunt aliqui pagum fuisse Idumææ.
- Geta*, pag. 257. f. sive Daci p. 509. Vide supra verbo Daci.
- Geticum* bellum, quod adversus Getas.
- Gethsemane*, pag. 633. f. in vulg. edit. Matth. 26. v. 36. Gethsemani, villa urbi Hierosolymæ vicina versus Orientem, ad radices montis Olivarum.
- Gezeris* Rex, pag. 22. f. in vulg. editione Josue 10. versu 33. Rex Gazer eadem quæ
- Gezeris* civitas tribus Ephraimiticæ, pag. m. est ipsamet urbs Gazara, de qua supra.
- Gibbethon*, pag. 35. col. 2. & pag. 37. col. 2. in vulg. editione 3. Reg. cap. 20. versu 27. *Gibbethon quæ est urbs Philistinorum*, quæ etiam Gabathon, civitas tribus Dan, Levitis data, sed postea à Philistæis occupata.
- Gibeon*, pag. 22. in vulg. editione Josue 10. versu 12. Gabaon, civitas quondam Regiæ, Hevæorum metropolis, cujus cives ultro se dederunt Israëlitis, forte data tribui Benjamin, postea facta confugii & Levitis data, quinquaginta circiter stadiis ab Jerusalem, in monte Silo sita, ut asserit Brocardus, hodie *Garaandavid*.
- Gibeonitæ*, pag. 22. in vulg. editione Josue 10. v. 1. Gabaonitæ, prælaudatæ urbis cives.
- Gibeon*, pag. 32. in vulg. editione 3. Reg. 3. versu 4. Gabaon, non alia urbs à præcedenti.
- Gibeonis* aquæ, pag. 75. in vulg. editione Jerem. 41. versu 12. ad aquas multas, quæ sunt in Gabaon, idem locus qui supra.
- Gihonis* aquæ alveus, pag. 57. m. in vulg. editione 2. Paralip. 32. versu 30. fons aquarum Gihon, Gihon mons erat urbi Jerusalem vicinus versus Occidentem, unde fons ad urbem defluebat: de eo adhuc pag. 32.
- Gigartum*, pag. 447. munitio sive præsidium Cælestiæ infra Libanum montem, ab Ituræis sive Arabibus occupatum.
- Gilboa* mons, pag. 28. f. in vulg. editione 1. Reg. 31. versu 1. Gelboe, mons sive montes in tribu Issachar, ab Occidente à Jezrael usque ad Jordanem per undecim leucas protensi.
- Gileadis* mons, pag. 8. vide Galaad.
- Gileadis* terra, pag. 19. f. Gilead sive Peræa, pag. 52. col. 2. vide Galaaditis.
- Gileadita* idem, qui supra Galaadita.



## INDEX GEOGRAPHICVS.

- Gilgal*, pag. 21. f. in vulg. editione Josue 4. versu 19. & cap. 5. versu 9. *Galgala* plurali numero, contra *Orientelem plagam urbis Jericho*: civitas insignis in tribu Benjamin, à Jordane quinquaginta stadiis, à Jericho decem Aquilonem versus distita; pluribus castrametationibus clara.
- Gindes* amnis, pag. 663. qui *Dabus Ariosque* disternat, in Asia & finibus Margianæ Regionis & Arizæ.
- Giscala*, pag. 683. m. oppidum Galilææ gentium sive superioris in tribu Aser, non longe à finibus tribus Nephthali.
- Gitta*, pag. 545. f. castellum Idumææ: apud Josephum lib. 1. Belli cap. 13. pag. 738. 703æ.
- Gittai*, pag. 27. in vulgata editione 1. Regum cap. 5. versu 8. Gethæi, incolæ urbis Geth; vide supra Gatham.
- Glaucia Mycales*, pag. 119. f. urbs Ionæ in Asia minori, sic ob Mycales urbis vicinitatem cognominata, collocatur inter Ephesum urbem & Mæandrum fluvium.
- Glaucanica* sive *Glauxæ*, pag. 197. m. Indica Gens, Regno Pori (versus ortum ut videtur) vicina.
- Gnidus*, pag. 488. f. vide Cnidus.
- Gnosus*, pag. 428. m. v. Cnossus.
- Golgotha*, v. Calvariæ locus.
- Gomorra*, pag. 4. quæ Gamortum pag. 5. una ex quinque civitatibus Pentapoleos, in terra Chanaan, igne de cælo descendente consumpta, ubi nunc Asphaltites lacus ad occasum, urbi Seboim propinquior, hanc Nubiensis parte 5. Clim. 3. *Amur* appellat & *Ghamuram*.
- Gona*, pag. 260. locus Thessaliæ à cujus incolatu, dum puer erat, Antigonus Gonata est agnominatus; Gonnum ponunt Geographi inter Olympum montem & Penæum fluvium, an idem locus, incertum est; potius Gonni urbs Perthæbiæ, quæ ab Æolibus, Gona & Gonata appellatur; & civis Gonatas, ut asserit Stephanus Byzantius.
- Gophna*, pag. 521. urbs, quæ & Guphna dicta, in tribu Ephraim, una ex undecim Toparchiis & inter ipsas ordine secunda.
- Gordium*, pag. 161. m. & 300. m. urbs, quæ etiam Gordus dicta, in Phrygia majori ad Sangarium fluvium. Strabo lib. 12. pagina 391. dicit jam sua ætate urbis speciem amisisse, & in vicum redactam esse.
- Gordyene* regio, pag. 427. f. alias Corduene, p. 444. m. & Gordena pag. 440. Regio, quæ pars majoris Armeniæ, Mesopotamiæ proxima, eique ad Septentrionem circa fontes Tigris fluvii; hodie *Curdi*.
- Gordyai* montes, pag. 172. in Gordyene regione, qui etiam Gordyeni dicti: Thevetus illos Gibel-Noe, idest montes Noe vocat, quo posito, montes essent Ararat sive Armeniæ super quos diluvio elapso requievit Arca Noe: à quibusdam mons *Lubar* vocantur. P. Gyllius *Nimbarum* nominat, incolæ *Veriphut*.
- Gorgaza* urbs, quæ etiam Gargaza, pag. 248. m. circa Mæotidem Paludem, in Taurica, ut videtur, Chersoneso.
- Gorneas* castellum, pag. 665. m. videtur fuisse circa Armeniam & Iberiam.
- Gortynius*, pag. 148. urbis Gortynes in Creta insula civis, quæ prius Larissa, deinde Cromnia, denique Gortyne dicta, ad Lethæum præterfluentem fluvium sita, hodie adhuc *Gortyn*.
- Goshenis* regio, pag. 9. in vulgata editione Genes. 47. versu 1. terra Gessen. legitur apud septuaginta interpretes Genes. 46. versu 28. pro Gessen, urbs Heroum; Regio itaque inferioris Ægypti in qua urbs Heroum, fluvio Nilo ad Orientem, ipse est, quæ Psal. 104. terra Cham nominatur, & Judith 1. v. 9. terra Jesse.
- Goshenis* terra, pag. 23. in vulg. edit. Josue cap. 10. versu 41. terra Gosen, regio circa civitatem Gozen, quæ erat in sorte tribus Juda.
- Graci*, populi regionis quæ
- Græcia*, pag. 3. m. celeberrima Europæ regio, quæ olim ab incolis vernaculo nomine Hellas appellata est, Macedoniam, Epirum, Thessaliam, Achaiam (quæ Græcia proprie dicta) Peloponnesum & vicinas circum insulas continens, terminis includitur ab ortu Egæo mari, à meridie Cretico, ab occasu Ionio, à Septentrione Scardicis jugis, ab Illyris & Moesis separatur, Strimoneque amne à Thracibus, nunc vulgo Turcis quibus parer *Romeli*.
- Magna Græcia*, pag. 112. regio Italiæ inter Brutios & Salentinos; sic dicta, quod ejus civitates plurimæ eque celebriores fuerint olim Græcorum coloniarum.
- Granicus* fluvius, pag. 412. m. fluvius Troadis, qui ad radices montes Ida nascens, ab Austro in Aquilonem currit & Propontidem ingreditur, inter Lampfacum ad occasum, & Cyzicum ad ortum; hodie adhuc *Granicus*, pag. 159. m. dicitur Phrygiæ amnis; utpote in Phrygiæ confinibus.
- Grinium*, pagina 134. f. apud Strabonem libro 13. pag. 427. & 428. *Truivion* Grynium urbs Æolidis in Asia minori, quadraginta stadiis à Myrina urbe distans.
- Grynium*, pag. 128. Phrygiæ magnæ Castrum, quod aliqui collocant in Troade, & diversum proinde à præcedenti faciunt.
- Gudgoda*, vide Hor-hagidgad.
- Guræi*, pag. 193. populi Indiæ Assacenis vicini.
- Guræus* fluvius, pag. 193. in Guræorum regione.
- Guris* ascensus, pag. 41. in vulgata editione quarti Regum 9. versu 27. in *Ascensu Gaver*, qui est juxta *Jeblaam*, urbs quæ & Gai, atque à pluribus Gaber dicta, in dimidia tribu Manasse cis Jordanem.
- Gyrus* insula, pag. 477. f. & 579. m. sterilissima in Ægæo mari sita, una è Cycladibus vicina Andro insulæ & Carylto: hodie *Stenosa*.
- Gyndes* amnis, pag. 81. m. Assyriæ qui, ut ait Herodorus lib. 1. cap. 189. in Mantienis ortus montibus, per Dardaneos (alias Darneos) in Tigrim alterum annum fluit; quem Cyrus in trecentos & sexaginta rivis deduxit, ut ita tenuis adeo effectus, ut in posterum facile vel à mulieribus transiri posset ne genua quidem tingentibus.
- Gythium*, pagina 276. locus Laconicæ, quem Scylax in Periplo dicit esse portu & navali notum, à Tito-Livio lib. 35. Cytheum dictum Strabo lib. 8. pag. 251. dicit fuisse Spartæ urbis portum, situs erat in intimo recessu sinus Laconici, non longe ab ostiis Eurota fluvii; Occidentem hiemalem versus; hodie *Paleopoli*.

Hadadrimmon

INDEX GEOGRAPHICVS.

H.

**H** *Adadrimmon* in convalle Megidduntis, in vulg. editione Zachar. capite 12. versu 11. *Planctus Adadrimmon in campo Mageddon* urbs in dimidia tribu Manasse cis Jordanem, inter urbes Jezraelem & Mageddo, quam hodie Maximianopolim appellari dicit Adrichomius.

*Hadassa*, pag. 346. *m.* in vulg. edit. 1. Machab. v. 45. Adazer, civitas vel locus, qui etiam Adarsa, in tribu Ephraim.

*Hadriaticum* mare, pag. 181. *m.* vide supra verbo *Adria*.

*Hainm*, pag. 4. *f.* in vulg. edit. Genes. 13. v. 3. Hai civitas Regia ad Orientem Bethel, quam Josue succendit & tumulum sempiternum fecit, erat in tribu Benjamin, eadem est ac Aiath, Josepho Ada & Aina; S. Hieronymo Agai.

*Haliartus*, pag. 315. *m.* vrbs Bœotia ad Copaidem lacum versus Meridiem, quæ etiam Aliartus dicta excisa, cui successit locus, ut ferunt, *Niocaastro* dictus.

*Halicarnassus*, pag. 97. urbs Doridis regionis Caria in Asia minori, maritima & inter Ceraunicum sinum & Issicum, in peninsula maris Aegæi quondam Principum Caria regia: Zephyria dicta, deinde Thurium, demum à recentioribus dicta Castellum S. Petri.

*Halicarnassens*, pag. 59. *f.* & Halicarnassensis pag. 24. *m.* urbis prælaudatæ civis.

*Halisarnia*, pag. 134. *f.* apud Stephanum Byzantium Alisarna, apud Xenoph. lib. 7. expedit. Cyri Elisarne, apud Plinium lib. 5. cap. 30. Halisarne; estque urbs Troadis.

*Halus*, pag. 647. Parthicum oppidum.

*Halys* fluvius pag. 60. *f.* minoris Asia, qui ut ex Herodoto Strabo refert lib. 12. pag. 374. à meridie in Septentrionem labitur inter Syros (Asia, versus ortum) & Paphlagonem; (versus occasum) in mare Euxinum exit pag. 79. *m.* *Halys* fluvius; qui *Mædorum & Lydorum* ditionem determinabat; hinc non inferas alterum Halym Lydiæ, sicut nec Mediæ, sed utriusque gentis ditionis fines à prælaudato Halys præscribi.

*Hama*, pag. 609. *f.* vide supra Emesa.

*Hanatha*, pag. 30. *m.* & 43. col. 2. *f.* in vulg. editione primi Paralip. 13. versu 5. Emath regio, quæ terminus erat Septentrionalis terræ promissionis unde sæpius in scripturis, ab introitu Emath usque ad torrentem Aegypti; hujus regionis pars, quæ ad Aquilonem Emath Suba appellabatur, eratque Syriae sive Cœlesyriae & Arabiae pars; pars Australis regionis Emath in tribu Nephtthali Emath Judæ vocabatur, necnon Amathites regio, circa civitatem Emath.

*Hamatha*, pag. 57. vide Ituraea.

*Hanaxitus*, pag. 134. *f.* urbs Troadis maritima, de qua Scylax in Periplo, neutro genere Amaxitum, dicitur & Amaxitus apud Plinium lib. 5. cap. 30. *Troadis primus locus Amaxitus dein Cebrenia*; vicina regio à Strabone lib. 10. pag. 326. Amaxitia dicitur, & prope Sminthium.

*Hammonis* Jovis Oraculum, apud locum Mesogaba dictum pag. 169. *m.* vide supra verbo Ammonis.

*Hammonis*, pag. 217. *m.* v. Ammonii.

*Hanoviensis*, pag. 514. civis Hanoviae vulgo *Hanaw* oppidi Germaniae, in Franconiâ, ad Kintium fluvium, sese paulo post in Mænum exonerantem.

*Harada*, pag. 16. *f.* in vulg. edit. Num. cap. 33. v. 24. Arada, vigesima prima Israëlitarum mansio in deserto, apud septuaginta interpretes Charadath; erat inter montem *Sepher & Maceloth*.

*Haram*, pag. 52. col. 2. *f.* in vulg. editione 1. Paralip. cap. 5. v. 26. legitur *Ara*, una ex urbibus Medorum; S. Hieronymus putat esse Rages; alii esse Haran seu Charan; vide supra *Carrae*.

*Harmatelia* urbs Brachmanum pag. 206. *m.* in India non longe, ut videtur, ab Indi fluvii ostiis, quæ ibidem.

*Harmateliurum* urbs.

*Harmene*, pag. 133. Sinopes portus, ad Pontum Euxinum stadiis quadraginta ab ipsa Sinope versus occasum, ut docet Arrianus in Periplo Euxini ponti; vicus appellatur à Strabone lib. 12. pag. 376, & 50 stadiis à Sinope distans dicit; in nostris notis ad Stephanum Byzantium probamus apud ipsum Armenem & Harmenem unicum esse locum: in Paphlagoniâ.

*Harmozia*, pag. 211. *f.* sive Armuzia, urbs Carmaniae maritima ad sinum Persicum, in insula 12. tantum miliaribus à continenti distans, olim celebre emporium, nunc vulgo *Ormuz* sui regni cognominis caput, sed pene excisa.

*Harpagium*, pag. 120. locus Propontidis maritimus, inter Priapum ad occasum & Cyzicum ad ortum, non longe à Granici fluvii ostiis versus Occidentem.

*Harpasus*, pag. 299. *f.* fluvius Caria in Asia minori, qui in Mæandrum illabitur, prius Daphus appellatus, Erymologus dicit Harpasum à pernicitate dictum, quod præternatantes abripiat; apud eum fluvium Harpasa ab eo dicta civitas.

*Hesmona*, pag. 16. *f.* in vulg. editione Num. 33. v. 30. Hefimona, apud septuaginta interpretes Selmona, vigesima sexta mansio filiorum Israel in deserto Sinai, quæ S. Hieronymo Asmona & Afemona, inter Methca & Moseroth.

*Hava*, pag. 61. *m.* in vulg. edit. 4. Reg. 17. versu 24. Avah, in septuag. interpret. *av.* regio aut locus Chaldaeæ, quem ad Tigris ostium in sinum Persicum effluentis collocant aliqui.

*Havilah*, pag. 3. *m.* in vulg. editione Genes. 2. v. 11. Hevilath terra *ubi nascitur aurum*, hanc Colchidem esse abitantur aliqui, ubi fluvius Phasis forsitan Phison; & fabula velleris aurei Argonautarum ab auro ibidem nascente originem sumpsit.

*Havob-Jair*, pag. 19. *f.* in vulg. editione Num. 32. versu 41. Havoth-Jair id est villa Jair, vici erant terræ Galaad sive Galaaditidis; hanc esse regionem Chenath dicit Zieglerus, Chenath seu Chanath urbs pariter Galaaditidis erat. hi vici erant numero triginta.

*Hazeroth*, pag. 16. in vulg. editione Num. 33. versu 17. Hazeroth. & Deuter. 1. versu 1. apud septuag. interpret. *αυαυ.* in vulg. edit. & *Hazeroth* *ubi auri est plurimum* in septuag. Aulon & Aurifodinas; hanc etiam Eferimoth vocat Adrichomius. fuit decima-quarta mansio filiorum Israel in deserto Pharan, inter sepulchra concupiscentiæ & Rethma.

*Hazor*,

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Hazor*, pag. 24. *m.* in vulg. edit. Judic. 4. versu 2. Afor civitas Regia, quæ antiquitus inter omnia regna principatum tenebat, Chananæorum metropolis munitissima, in campo sita, in tribu postea Nephthali, non longe à terminis tribus Afer; hodie vulgo *Antiopia*.
- Hebraorum* terra pag. 7. eadem, quæ supra Cananæa sive Canaan terra.
- Hebron*, pag. 4. *f.* & 29. quæ etiam Arbe, & Cariath Arbe & Mambre & Chebron, civitas antiquissima septem annis ante Tanaim Ægypti condita, sub Chananæis urbs regia, postea in tribu Juda, facta confugii & Levitis data, totius tribus maxima, per septem annos regis David Regia: hodie vulgo ab incolis *Cbalil*.
- Hebrona*, pag. 16. *f.* trigesima prima mansio filiorum Israel in deserto, non longe à mari Rubro, inter Jetebatha & Afiogaber.
- Hebrus*, pag. 98. *m.* Thraciæ fluvius, qui ex Orbelo monte nascens mox versus Boream, deinde in ortum usque Hadrianopolim decurrit, hinc in Austrum defluens ac Trajanopolim præterlabens, mare Ægæum ingreditur: hodie vulgo *Mariza*.
- Hecatompylus*, pag. 181. *m.* urbs Parthyenæ regionis, Parthiæ & Persidi Orientaliorem asserit Stephanus Byzantius.
- Heliopolis*, pag. 168. *f.* civitas Ægypti, quæ & Thebæ ac Bethsemes apud Babylonem, in Ægypto inferiori, inter Nilum fluvium & Arabiam, ab Arabibus nunc *Babalbeth* appellatur.
- Heliopolitani*, pag. 8. *f.* qui & Onii dicti, ejusdem civitatis incolæ.
- Heliopolitica* præfectura, pag. 341. *m.* circa præfatam Heliopolim, alias Heliopolites nomus.
- Heliopolis* Syriæ, pag. 446. quam quidam in Cœlesyria collocant, alii in Phœnicia, sita erat ad Libanum montem: hodie vulgo *Balbec*.
- Hellepontus*, p. 231. fretum inter Europam & Asiam habens Thraciam ad occasum & Asiæ regionem cognominem ad ortum; Propondidem ad Aquilonem & mare Ægæum ad meridiem: hodie vulgo fretum *de Gallipoli* à quibusdam Brachium S. Georgii ob hujusce sancti ibi conditum fanum; ab aliis Dardanellarum ostium.
- Hellepontus*, pag. 60. regio Asiæ minoris, ac Mysiæ pars, Helleponto mari exposita.
- Helleponti*, p. 137. *m.* melius Helleponti, prædictæ regionis incolæ.
- Hemiolius*, pag. 278. *f.* agnomen ad Geographiam nihil spectans.
- Heniochi*, pag. 408. populi ad Pontum Euxinum siti, quibus ille est ad Meridiem, Caucasus mons ad Aquilonem, Achæi Asiæ ad occasum, Coraxi ad ortum.
- Hephastia*, pag. 290. *f.* urbs, ut legenti Polyb. in legat. excerpt. pag. 799. constabit, loquitur hic de urbe Thraciæ, sicut & de ejusdem regionis Thaso.
- Hephraim*, pag. 35. col. 1. in vulg. edit. 2. Paralip. 13. versu 19. Ephron. civitas in tribu Ephraim; illam à civitate Ephraim distinguendi aut cum ea confuendendi nulla ratio.
- Heptastadium*, pag. 261. *m.* Isthmus, qui Pharum insulam cum Rhacoti suburbio Alexandriæ Ægyptiæ conjungens; jam Pharum efficiebat peninsulam.
- Heraclea* in Ponto, pag. 148. *f.* sive Pontica pag. 252. urbs olim Mariandynorum; hæc Ponti pars fuit postmodum Bithyniæ juncta, sita erat ad Pontum Euxinum, ad ostia Lyci fluvii, ut ait Scylax in Periplus; hodie vulgo *Penderachi*.
- Heracleotis* regio, pag. 133. *m.* ejusdem urbis territorium etiam pag. 115. *m.*
- Heracleotes*, pag. 152. *m.* Heracienfis pag. 148. *f.* gentilia civium hujusce urbis nomina.
- Heraclea*, pag. 318. *m.* urbs Macedonia in Pieria ad Olympi montis radices, maritima, ad sinum Thermaicum & Baphyri fluvii ostia.
- Heracleum*, pag. 124. Herculis fanum, in Chalcedonensium territorio.
- Heracleum*, pag. 248. *f.* fanum Herculis circa Caunum Cariæ urbem, in Lycia aut ejus confinibus.
- Herculis* columnæ, pag. 59. montes quorum unus in Hispaniæ Bætica cui nomen Calpe, alter in Africae Mauritaniæ cui nomen Alybe vel Abyle, inter quos fretum est Gaditanum. Hispani nihil-hominis duas columnas in Gaditana insula ostentant, quas appellant *Torres de Evcole*.
- Herefordiensis* in præfat. Herefordiæ urbis majoris Britanniae Episcopalis, quæ sui comitatus caput in Valliæ meridionalis confinio versus Orientem, ad Vagam Wye fluvium vulgo *Hereford*.
- Hermi* campi, pag. 138. *m.* in Asiæ minoris Æolide regione prope Cumas urbem, ut refert Stephanus Byzantius.
- Hermiolius*, pag. 277. lege Hemiolius agnomen, quod totum cum dimidia sui parte, significat, & ad Geographiam nullatenus pertinet.
- Hermion*, pag. 429. urbs Argiæ sive Argolidis in Peloponneso, in qua Terræ celebre fanum, maritima, in sinu Argolico, qui ab ea Hermionicus appellabatur, hodie vulgo *Maria*.
- Hermionica* purpura, pag. 176. *m.* & 105. ex Hermione urbe.
- Hermon* mons, pag. 20. *f.* qui Shenir, & Sirion ac Sion dictus. Mons à Libano ad montes Galaad protensus, quique Sarion, & Sanir appellatus, in dimidia tribu Manasse ipsam ab Arabia separans; fuerat olim pars regni Og regis Basan.
- Herodium*, pag. 585. *m.* & Herodion pag. 602. *f.* Castellum constructum ab Herode in tribu Juda, 60. stadiis ab urbe Hierosolyma versus Arabiam, id est inter Hierosolymam & mare mortuum, in colle situm, eratque una ex Toparchiis.
- Heroum* urbs, pag. 170. & 581. *m.* quæ etiam Heropolis, prius teste Stephano Byzantio Hæmus appellata, in inferiori Ægypto prope sinus Arabici intimum recessum; de qua Ptolemæus lib. 4. Geogr. cap. 5. pag. 106.
- Hesbonis* rex, pag. 19. *m.* in vulg. editione Deuter. 2. versu 24. Hesebon, eadem quoque, quæ Essebona pag. 402. *m.* civitas Schon regis Amorthæorum regia, quæ postea in terminis tribus Ruben (cui illam utpote à filiis Ruben reedificatam assignat Adrichomius) & tribus Gad, ad quam pertinuisse constat ex Josue cap. 21. versu 37; ætate S. Hieronymi vocabatur Esbus.
- Hesperidum Horti*, pag. 63. *f.* regio Cyrenaica; Pentapoli regioni vicina versus meridiem; cui quoque Syrtis major proxima versus occasum; à Berenice urbe, quæ Hesperides dicebatur, forsitan ita nominata.
- Hesperite*, pag. 225. *f.* incolæ urbis Berenices Libyæ, quæ Hesperides dicta.

*Hesperide*

INDEX GEOGRAPHICVS.

- Hesperida* insula; pag. 113. f. aut hoc verbo insula Cyrenaica regioni adjacentes intelligenda, aut insula Occidentalis sive Atlantici Oceani, sed quam ex eis fuerint certo assignare hactenus non potuerunt scriptores.
- Hesbonitis* regio pag. 305. circa urbem Hesbonam seu Hesbonem, de qua paulo supra.
- Hetruria* pag. 281. m. sive Etruria, olim Tyrrenia, quae quondam à mari Tyrreno ad Adriaticum extendebatur, ut observat Stephanus Byzantius, ab Aquilone Apennino monte, ab ortu Umbria & Latio Tiberi determinante concludebatur; ab Austro suo mari Etrusco, eodemque atque Liguria ab occasu; nunc Tusciam *la Toscana* includit, & quod vocant S. Petri Patrimonium.
- Hetruscus* Hetruriae indigena.
- Hiddkel* pag. 83. f. unum è variis nominibus, quibus donatus est Tigris fluvius.
- Hieracome* pagina 286. m. & 351. vicus Asiae minoris, quem Stephanus Byzantius Cariae assignat ex Polybio.
- Hierapolis* pag. 472. m. & 549. f. vide supra Edessa, apud quam Dea Hieropolitana.
- Hierapolis* pag. 680. m. urbs Phrygiae magnae, in Asia minori, proxima Laodiceae; Turcis hodie *Seldschcher*.
- Hierapydna* pag. 435. urbs Cretae insulae, quae primum Cytha, dein Pytha, post Camirus, tandem Hyera Pytha dicta est, ut asserit Stephanus Byzantius, à quibusdam Hiera-petra, sita erat ad Australem insulae oram maritimam, non longe à Lycto, hodie *Gera-petra*.
- Hierocafarea* pag. 614. m. urbs minoris Asiae, in Lydiae parte, quae Mæonia appellatur.
- Hieron* pag. 279. locus minoris Asiae ad Bosphorum Thracium, idem sane cum sacro promontorio, in ejusdem Bosphori angustis prope ostia Ponti Euxini.
- Hierosolyma* pag. 6. f. & Hierosolymae p. 5. & Hierosolymi p. 22. in lib. Machab. Hierosolyma; alibi passim in vulgata editione Hierusalem & Jerusalem, urbs quae prius Jebus, à Graecis Solyma, civitas olim Regia, in tribu Benjamin, quae Davidici regni omniumque regum Juda sedes fuit, Palaestinae metropolis, totius Orientis notissima & clarissima: excisa, & in vicino loco restructa atque *Ælia* nominata; nunc à Turcis *Cutz* appellata.
- Hierosolymitani* praeaudatae urbis cives.
- Hinnomi* filii vallis, pag. 51. f. vulg. edit. 2. Paralip. 28. versu 3. in valle Benennon, eademque vallis Ennom & Geennom, vallis vicina Hierosolymae civitati Orientem versus.
- Hippicus*; turris, pag. 682. Hierosolymae in muro secundo super excelsum antiqui muri collem ab Herode constructa.
- Hippodromum* pag. 283. platea urbis Alexandriae Aegyptiae, equis exercendis destinata.
- Hipponensis* pag. 357. ex urbe, quae Hippo regius agnominis sive Hippon, in Africa proprie dicta, maritima apud Rubricati fluminis ostium, nunc vulgo *Bonne*.
- Hippon* pag. 452. f. urbs, quae Hippos & Hippus & Hippene; in dimidia tribu Manasse, quae ultra Jordancem, ad orientale litus maris Galilaeae, è regione Tiberiadis, à qua versus Orientem triginta stadiis distabat.
- Hispalis* pag. 508. urbs, quae & colonia Romulensis olim Hispaniae Beticae & Vandaliae caput, ad Bætim fluvium: hodie vulgo *Sevilla* Andalusiae caput.
- Hispania* pag. 112. m. regio Europae occidentalis, quae ab Ibero flumine Iberia, ac etiam Graecis Hesperia, ab ortu & meridie mari Mediterraneo & Gaditano freto terminata; ab occasu Oceano Atlantico, à Septentrione Cantabrico Oceano, Pyrenaeis montibus à Gallia semota est, à Romanis in Beticam, Tarraconensem, & Lusitaniam distincta, tandem in plura regna divisa est, quae etiam Hispaniae dicta sunt, hodie incolis *España*, Gallis *l'Espagne*.
- Hispania* ulterior, pag. 437. m. pars Hispaniae, quae ad meridiem, Lusitaniam & Beticam complectens.
- Hispania* citerior pag. 583. m. pars Hispaniae, quae ad Boream, vulgo Tarraconensis appellata.
- Hispani* pag. 217. m. & Hispanientes, populi Hispaniae.
- Hittus* Ephron pag. 6. in vulgata editione Gen. 23. versu 10. *habebat autem Ephron in medio filiorum Heth*. capite tamen 49. versu 30. dicitur Ephron Hethæus, sic ab Heth filio Chanaan Hethæi populi, qui apud Septuag. Interpretes Cethæi; quique terrae promissionis regionem circa Hebron incolabant, quae postea cessit tribui Juda.
- Hoba* pag. 5. Genes. 14. versu 5. *quae est ad laevam Damalci*; apud Septuag. 266. S. Hieronymo, Chobaa villa est in regionibus Damalci, alias Soba, ut vult Adrichomius, essetque eadem ac Soba metropolis Syriae Sobal.
- Homonadeses* pag. 599. f. populi Ciliciae, quos Strabo lib. 14. pag. 459. Homonadeas appellat, & collocat in Tracheoti sive aspera Cilicia, ad Tautum montem usque ad fines Pisidiae. Plinius eos Hauriae assignat.
- Hor mons*, pag. 18. f. *qui est in finibus terra Edom*, trigesima quarta mansio filiorum Israel in deserto, inter aquas contradictionis & Salmona, vertex montis Hor Mosera vocabatur.
- Hor-hagidgad* sive Gudgoda pag. 16. f. in vulg. edit. Num. 33. versu 32. sicut Deut. 10. versu 7. Gadgad; locus & mons in deserto, ubi vigesima-nona mansio filiorum Israel. S. Hieronymo Gaggada, ubi aquarum torrentes sunt.
- Horebus* mons, pag. 11. m. alias Oreb jugum montis Sinai, ut proinde mons Sanctus sit nominatus, in deserto Madian.
- Horma* pag. 16. m. alias Harta civitas olim Regia, postea in sorte tribus Juda, facta demum tribus Simeonis.
- Horonita* pag. 112. m. in vulgata editione Esdrae 2. cap. 13. versu 28. Horonites incola civitatis, cuius nomen Oronaim, Moabitarum in tribu Ruben, quam Josephus Orona & Oronas vocat, & Arabiae attribuit.
- Horti* pag. 248. f. regio sic dicta in Taurica Chersoneso, ad Bosphorum Cimmericum & Pontum Euxinum, frumenti ferax.
- Hyala* pag. 208. urbs insignis circa ostia Indi fluvii.
- Hyarotis* vel Hydaotes, pag. 197. f. Indiae fluvius, qui in Acesinen amnem influit, quo latitudine nihilo minor, cursus vero rapiditate inferior.
- Hydaspes* p. 62. Indiae fluvius, qui ex Imao monte ab Aquilone in meridiem decurrens, Acesinen amnem ingreditur, & uterque Indum fluvium; apud Hydaspem

INDEX GEOGRAPHICVS.

- fluvium condita ab Alexandro Bucephala civitas; hunc quidam asserunt hodie *Rowey* appellari. fuit ejusdem Alexandri de Poro Rege victoria celebris.
- Hydraotes* fluv. qui supra Hyarotis.
- Hydrus* pag. 108. in Notis nostris Geographicis ad Plutarchum observavimus nomen hoc (si proprium sit) esse loci maritimi aut Cypri insule, aut Pamphyliae, aut vicinæ Ciliciæ; si non sit Sydra, quæ urbs Ciliciæ erat maritima.
- Hyela*, vide *Velia* pag. 81.
- Hygram* pag. 386. v. *Negram*.
- Hyrapem* pag. 394. f. cives urbis Lydiæ, cui nomen *Hyrapa*, inter Caystrum & Hermum fluvios sitæ.
- Hypanis* pag. 272. f. fluvius. vide statim *Hyphasis*.
- Hypanna* pag. 160. f. oppidum munitum Lyciæ in Asia minori.
- Hyphasis* fluvius sive *Hypanis* pag. 199. fluvius Indiæ expeditionum Alexandri magni terminus.
- Hypius* fluvius pag. 414. m. minoris Asiæ fluvius, in Bithynia, Sangario amni ad ortum, qui ab Oriente brumali in occasum æstivum currens, Pontum Euxinum in sinu Mariandyno ingreditur; vocatur à quibusdam *Hippius*.
- Hyrcania* pag. 155. & 179. f. Regio majoris Asiæ, quæ à Septentrione mari Caspio à se Hyrcano dicto; ab Occidente Mediâ; ab Austro Parthiâ cuius etiam pars erat, ab Oriente Margianâ concludebatur; nunc tres complectitur Provincias *le Tabarestan*, *le Gilan*, atque *le Gorgian*.
- Hyrcanii* pag. 78. f. *Hyrcani* pag. 83. f. populi Hyrcaniæ.
- Hyrcania* pag. 614. m. urbs minoris Asiæ in Lydia non longe à Phrygiæ finibus inter fluvios Caicum & Hermum: urbi huic vicina erat *Mostene*, cuius cives *Mostheni* Macedones *Hyrcani* vocabantur, forsitan quod hæc duæ unicam componerent urbem, ut censent aliqui.
- Hyrcania* pag. 418. m. & *Hyrcanium* pag. 453. Castellum Judææ seu potius Samariæ, in media fere tribu Ephraim ab Adrichomio collocatum.

I.

- J Aavis* Campi, id est *Sylvæ* pag. 30. ex Psalmo 131. versu 6. *invenimus eam in campis Sylvæ*, hoc est in colle *Kiriath-Jearimorum*, vide infra *Kiriath-Jearim*.
- Jabbok* torrens pag. 19. m. in vulg. editione *Jaboc*, & *Jeboe*, apud Josephum *Jobacchus*, hic ab ortu in occasum è montibus Arabiæ fluens, urbemque *Rabba* irrigans, profluit in Jordanem, ubi è mari Galilææ egreditur, estque in finibus Tribuum *Gad* & dimidiæ tribus *Manasse*.
- Jabesh* Gilead pag. 27. f. & *Jabeshus* Gileadis. in vulg. editione 1. Regum cap. 11. versu 1. *Jabes* Galaad, civitas Galaaditidis regionis trans Jordanem, in dimidia tribu *Manasse*, super collem sita, apud fluvium *Hieromace* à civitate *Pella* euntibus *Gerasam* in sexto milliario; Josepho *Jabifus* & *Jabilla*, vicus erat ætate S. Hieronymi.
- Jacobi* fons, pag. 8. m. prope *Sichar* Samariæ civitatem Austrum versus, in tribu Ephraim.
- Jadason* pag. 62. f. fluvius apud Septuaginta Interpretes *Judith* cap. 1. versu 6. *T. Suanis*. *Hydaspes* de quo vide supra.
- Jabafam* pag. 19. m. in vulg. edit. *Judic*. 11. versu 20. *Jafa*, eadem est ac *Jaser* & *Jasfa*. Civitas itaque erat trans Jordanem, quæ *Sehon* regi Amorrhæorum erepta cessit tribui *Ruben*, & effecta confugii, *Levitis* est assignata.
- Jamris* pag. 334. m. ipsa est *Jabria* civitas tribus *Dan*, in *Campestribus* maritima & portus, hodie vulgo *Zania*.
- Japydes* pag. 579. f. qui & *Japodes* populi Illyrici Occidentalis, quorum regio *Japidia* intra *Histriam*, *Liburniam* & *Carnos* sive *Noricos*, ubi nunc *Croacia*.
- Jardes* Silva pag. 688. & ult. operis f. *Judææ*, videtur fuisse circa *Macheruntem* castellum ultra Jordanem, in tribu *Ruben* & versus *Arabiam*. de ea *Joseph* lib. 7. de bello *Judaico* cap. 26.
- Jarnuthum* pag. 22. in vulg. editione *Josue* 10. v. 3. *Jerimoth*. Civitas olim *Regia*, quæ postea cessit tribui *Juda*, quarto lapide ab *Eleutheropoli* distans.
- Jasus* pag. 117. f. & 244. urbs *Catiæ* in Asia minori maritima, *Ioniciæ* vicina, non longe à *Milero* versus meridiem.
- Jasii* ibidem ejusdem urbis cives.
- Jassus* pag. 286. f. 290. m. 296. eadem quæ supra *Jasus*; cum insula cognomine, ut refert *Stephanus Byzantius*.
- Jassenses* pag. 296. *Jasi* incolæ.
- Jazer* pag. 19. m. & 337. m. apud *Septuag. Interpret.* *Eliezer*, ipsa est *Jazer-Galaad* & *Jezer*, civitas prius *Amorrhæorum* in *Galaaditide*, cuius erat terminus, quam filii *Gad* extruxerunt, quæque simul eorum Tribui cessit.
- Jazyges* pag. 408. populi *Sarmatiæ* Europææ, quos *Ptolemæus Geogr.* lib. 3. cap. 5. ad litus Occidentale *Mæotidis* paludis collocat, ubi nunc regio *Tartaria* minor appellata.
- Iberia* pag. 405. f. regio majoris Asiæ, cui ad Septentrionem mons *Caucasus*, ad Occidentem *Colchis*, ad meridiem *Moschici* montes & *Armenia* major, ad Orientem *Albania*; dicta est *Iberia Orientalis*, ut ab Occidentali *Iberiâ*, id est *Hispaniâ* distingueretur: hodie vulgo *le Gurgistan*, & vocabulo magis familiari *la Georgie*.
- Iberes* pag. 424. m. & *Iberi*, hujusce regionis populi.
- Ichnia* Castellum p. 470. m. *Parthorum* non longe à *Mesopotamiâ* (si non in ea) circa *Euphratem*; apud *Plutarchum* 1299.
- Ichthyophagi* pag. 85. f. ibi sermo est de *Ægyptiis* superioris *Ægypti*, seu *Æthiopiis* ipsis finitimis, illos ad sinus *Arabici* litus Occidentale collocat *Ptolemæus*, vocatque *Arabes* *Ægyptios* *Ichthyophagos*; *Trogloditicæ* conteminos.
- Ichthyophagi* pag. 211. f. populi *Indiæ*, loca maritima circa *Gedrosiam* & *Carmaniam* incolentes: utriusque à piscium esu sic nominati.
- Icaria* pag. 488. f. Insula maris *Ægei* insulæ *Samo* vicina versus occasum; quæ à *Stephano Byzantio* *Icarus* vocatur, & inter *Cycladas* numeratur, vocabatur, ut ait, *Macris*, *Doliché*, & *Ichthyoessa*; hodie adhuc *Icaria*.
- Icarus* pag. 219. m. insula maris *Rubri*, inquit *Stephanus Byzantius*, id est sinus *Perfici*, ad *Euphratis* (sive *Tigris*) ostia 120. stadiis à littore fluvii que faucibus distans, *Dianæ* sacra, quam *Alexander* *Icarum* voluit appellari.

# INDEX GEOGRAPHICVS.

*Iconium*, pag. 478. *m.* urbs Lycaoniae aliquando metropolis, in Asia minori, nunc vulgo *Cogni*.

*Iconiensis*, praelaudatae urbis incolae.

*Ieus*, pag. 536. insula maris *Aegaei* una è Cycladibus; *Euboeae* vicina, (versus Aquilonem) ut ait Stephanus Byzantius; *Magnesiae*, quae Thessaliae regio est, vicina erat versus Orientem, *Sciatho* & *Pepareto* insulis ad meridiem.

*Ida*, pagina 98. & 120. *f.* mons Troadis in Asia minori.

*Idalium* litus, pag. 492. circa promontorium *Idalium* insulae *Cypri*, ad oram Orientalem & Australem, inter *Tremithum* & *Arsinoen* urbes.

*Idaspa* sive *Choaspes* fluvius pag. 176. *Asiae* majoris, qui ab Aquilone in Austrum defluens, per *Sula* urbem transit, ac *Susiana* peragrata sinum *Persicum* ingreditur, ipse est, qui à *Ptolemao* *Eulæus* nominatur.

*Idumaea*, pag. 18. & 374. ipsa est *Edom* terra sive *Edomaea*, quae pariter *Duma* nominatur; regio terrae promissionis vicina ad meridiem, hanc habens ad Aquilonem, *Arabiam* ad ortum, sinum *Arabicum* ad Austrum; *Aegyptum* vero ad occalum; hodie vulgo *Bidum*.

*Jebusai*, pag. 29. populi terrae *Canaan* circa urbem *Jebus* (quae postmodum *Hierosolyma* dicta est) incolentes.

*Jegar Sahadutho*, pag. 8. vide *Galaad*.

*Jericho*, pag. 21. *f.* urbs quae *Jerichus* pag. 20. *m.* & *Jerichuntina* urbs pag. 21. urbs olim *Regia* & populosa, quae etiam *Oza*, *Josepho* & *Ptolemao* *Hiericus*, una ex undecim *Toparchiis* *Judaeae*, quae aliquando civitas *Palmarum* appellata, in tribu *Benjamin*, ab *Hierosolymis* 150. *stadiis*, à *Jordane* *stadiis* sexaginta distans: illam *Eriha* vocat *Nubienfis* in 5. parte *Climate* 3.

*Jesana*, pag. 35. col. 1. civitas cum filiabus suis, de ea silent auctores, apud septuaginta interpretes *havae*. erat sub ditione *Jeroboam* regis *Israel*; videturque fuisse in tribu *Ephraim*.

*Jezebelis* *Achinoa*, pag. 28. *f.* uxor *David*, ex *Jezeael* civitate tribus *Juda*.

*Jezeael*, pag. 28. *f.* & pag. 40. col. 1. in vulg. edit. 4. *Regum* 9. versu 36. *Jezeael*, civitas tribus *Issachar*, in finibus dimidia tribus *Manasse*, sedes regia *Achab* regis *Israel*; aetate *Sanuti* anno videlicet *Sal.* 1306. vocabatur *Cavethi*, nunc vulgo *Zerechin*. seu *Gerinum* magnum.

*Fons Jezeael*, pag. 28. *f.* prope praelaudatam urbem.

*Jiblehamum*, pag. 41. in vulgata editione 4. *Regum* cap. 9. v. 27. *Jehlaam*, civitas potens juxta *Gaver*, in dimidia tribu *Manasse* cis *Jordanem*.

*Jie-Abarim*, pag. 19. quae est in finibus *Moabitaram*, trigesima octava mansio filiorum *Israel* in solitudine, quae respicit *Moab*, contra Orientalem plagam: inter *Oboth* & *Dibongad*; demum in termino Australi tribus *Ruben*.

*Ijon-Asheritarum*, pag. 36. col. 2. in vulgata editione 3. *Regum* cap. 15. (non 16.) v. 20. *Ahion*; eadem, quae *Aion*, urbs in medio tribus *Nephthali*, in *Gallilaea* superiori.

*Ilium*, pag. 25. *f.* & *Ilium* vetus pag. 101. *f.* urbs *Troadis* ad radices montis *Ida*, excisa; *Strabo* lib. 13. pag. 411. dicit sua aetate extare vicum 30. *stadiis* ab *Ilio* sui aevi distantem, ubi quidam asserunt olim fuisse *Ilium* vetus; fuit etiam *Troja* appellata; sita

erat non longe à *Mari* sicut nec procul à *Tenedos* insula.

*Iliensis* terra, pag. 98. regio circa *Ilium*.

*Iliadis* ora, pag. 94. litus maris prope *Ilium*.

*Ilienses*, pag. 397. *m.* *Ilii* cives.

*Illyricum*, pag. 519. & *Illyris* pag. 229. & *Illyria*, regio *Europae*, ab occasu *Arifae* flumine ac linea ab *Arifae* fontibus ad *Colapis* fluvii ortum ducta, à Septentrione continuis montium jugis à *Pannonia*: ab Oriente Monte *Scodro* & *Driolone* amne à *Macedonia* submovebatur; *Liburniam* & *Dalmatiam* complectens, nunc *Europae* *Turcicae* pars cum parte *Germaniae*, quae *Danubio* fluvio *Australis* est; vulgo *Sclavonia*.

*Illyrii*, pag. 151. *m.* praefatae regionis incolae.

*Imbrus*, pag. 144. urbs in insula maris *Aegaei* cognomine, inter *Lennum* & *Chersonesum* *Thraciae* sita, de utraque *Scylax* in *Periplo*; hodie vulgo *l'Embro* nominatur.

*Inarimi* campi, pag. 412. minoris *Asiae*, qui videntur fuisse circa *Lydiae* fines & *Phrygiae* combustae. *Arimos* campos legendum arbitror cum *Strabone* lib. 12. pag. 399.

*India*, pag. 10. regio majoris *Asiae* amplissima, olim ab occalu *Indo* fluvio (à quo nomen sortita est) terminata: ab Aquilone *Emodis* montibus à *Scythia* secreta; ab obtu *Sinae* regnum, à meridie mare *Indicum* habens: in citeriorem & ulteriorem divisa: citeriorem, quae intra *Gangem* fluvium, ulteriorem, quae extra illum est.

*India* interior, pag. 193. eadem, quae supra citerior.

*India* major, pag. 10. hoc nomine nunc *Aethiopia*, quae sub *Aegypto* est appellari refert auctor, post *Johannem* *Potken* in *Psalterio* *Aethiopico*.

*Indus* fluvius, pag. 10. & 207. *Asiae* majoris celeberrimus, qui ab *Emodorum* montium (quos *Caucasum* vocant) radice nascens & versus Austrum decurrens, plurimis receptis fluvii in Oceanum Orientalem, ab eo ibi *Indicum* dictum, per plures alveos in *Canthi* (qui nunc *Cambajae*) sinu sese exonerat.

*Indus*, pag. 10. sic passim vocatur *Indiae* accola.

*Indica* res, pag. 89. quae ad *Indiam* spectant.

*Inferum* mare, pag. 431. hoc nomine mare *Tyrrhenum* appellatur, superum vero mare *Adriaticum* & merito, nam *Picenum* aliisque littora maris *Adriatici* altiora sunt *Latio* & ora littoralis maris *Tyrrheni*.

*Inora* castrum, pag. 439. *m.* quod & *Sinorex*, *Sinoria* & *Synoria* à *Strabone* lib. 12. pag. 382. situm erat intra *Euphratem* & *Armeniam*, seu potius in confinibus majoris & minoris *Armeniae*, unum erat ex 75, quae construxerat *Mithridates*.

*Insula* deserta, pag. 413. erat circa *Lennum* insulam, in mari *Aegaeo* & in ea ara *Philocteteris* cum aeneo serpente monstrabatur.

*Insulari*, pag. 103. *m.* ibi hoc verbo intelliguntur incolae insularum maris *Aegaei* minori *Asiae* adjacentium.

*Ioleos*, pag. 261. *m.* vicus sive oppidum *Magnesiae* in *Thessalia* maritimum, in *Pelagico* sinu, ex cuius oppidanis & aliorum vicorum conflata est urbs *Demetrias*.

*Ionda*, pag. 142. oppidum *Ioniae* in *Asia* minori circa *Ephesum*, ab hac urbe 40. circiter *stadiis* sicut *Coresus* mons, distitum.

## INDEX GEOGRAPHICVS.

- Ionia*, pag. 17. *m.* regio minoris Asiae versus occasum, ad mare Aegaeum sita; inter Aolidem, quae ei ad Septentrionem adjacet, Cariam, quae ad meridiem, & Lydiam, quae versus ortum: hodie vulgo *Sarchan*, nota Atticam olim Ioniam dictam.
- Iones*, pag. 62. & Ionica gens pag. 224. *m.* Ioniae populi; sic olim Atticae populi Iones sunt appellati.
- Ionium mare*, pag. 431. *m.* pars maris Mediterranei, quae inter Siciliam ad occasum & Graeciam ad ortum, mare Adriaticum habens ad Aquilonem; alluit litora Macedoniae, Epiri, Aetolianae, & Peloponnesi; nunc ab Italis vocatur *il mar Ionio*.
- Jopolis*, pag. 256. urbs Syriae in Silphio monte posita, ad Orontem fluvium, apud quam constructa fuit Antiochia magna.
- Joppe*, pag. 242. *m.* civitas in districtu tribus Dan maritima & portus Judaeae ex ejus undecim Toparchiis una, quae & Japha & Japha, Hebraeis Jaffa sicut etiam hodie vulgo nominatur, in excelso saxo condita.
- Joppenfes*, pag. 339. hujusce urbis incolae.
- Jordanis fluvius*, pag. 8. & Jordanes pag. 280. *m.* totius terrae promissionis maximus, sub Libano monte apud Caesaream Philippi, gemino fonte Oriens atque in Austrum per aquas Merom & lacum Genesareth defluens, ac tandem in Asphaltidem lacum desinens; Tribus, dimidiam Manasse, Gad & Ruben, quas ad laevam sive Orientem habet, ab aliis Tribubus separat.
- Jotbatha*, pag. 16. *f.* in vulg. edit. Num. 33. versu 33. Jotbatha in terra aquarum atque torrentium trigesima mansio filiorum Israel in deserto; inter viciniam montem Gadgad & Hebrona.
- Jotapata*, pag. 683. *f.* una ex urbibus Decapoleos in tribu Zabulon, & Galilaeae inferiori, non longe a mari Tiberiadis; in alta & praerupta rupe sita; fuit etiam Joniteta & Jacopata; nec non Jonapa appellata.
- Ipsium*, pag. 255. *m.* magnae Phrygiae oppidum, ubi Antigonus Demetrii pater victus & occisus.
- Irasa*, pag. 64. *f.* locus Libyae, qui Hierasa & Irasa, ubi erat fons Apollinis & ubi Battus Cyrenen condidit; de qua supra.
- Isamus*, pag. 272. *f.* Strabo lib. 11. pag. 356. dicit Maenandrum Hypanium transivisse versus ortum, & usque ad Isamum pervenisse; an Isamus fuerit Indiae fluvius non exprimit Strabo, quod tamen levissime credunt aliqui: hanc lectionem merito suspectam habet Casaubonus vereturque ne *Ἰμαύ* legendum sit pro *Ἰμαύου*. Imaus enim mons, pars est Tauri montis, quae magis ad Orientem & proinde ad Indiam sita.
- Isana*, pag. 546. vicus, qui Samaritae fuisse videtur, ad quem Pappus castra habebat ab Antigono in Samariam missus.
- Isaura*, pag. 406. *m.* urbs quae Isauria, & postea Claudiopolis appellata in Isauria regione.
- Isauria*, pag. 224. *m.* regio minoris Asiae, pars Galatiae Australis, Pisidia ab occasu & Austro, Lycaniae ab ortu finitima.
- Isauri*, pag. 406. *m.* populi Isauriae.
- Isauricus*, pag. 408. ad Isauriam spectans.
- Isauriensis obsessi*, pag. 226. *f.* in ipsamet Isaura urbe, de qua supra.
- Isindenses*, pag. 299. *f.* cives Isindae urbis Pamphiliiae, in Asia minori mediterraneae.
- Ismaelita*, pag. 8. *m.* ab Ismael nuncupati populi, qui in plures nationes divisi Agarenos puta & Saracenos, Arabiam Petræam ac felicem incolerunt.
- Israel*, pag. 38. col. 2. *m.* & Israelis Regnum hoc nomine ante Salomonis tempus tota gens Hebraeorum intelligebatur: a Salomonis tempore (sic loco citato) regnum, quod decem tribus (exceptis tribus Juda & Benjamin) complectebatur.
- Issachar* tribus, pag. 25. quae & Isachar, una è tribubus filiorum Israel, quae a Mari magno, ubi mons Carmelus, in longum protensa, ad Jordanem fluvium usque extenditur, in inferioris Galilaeae parte Australi, tribus Zabulon habens ad Aquilonem, dimidiam tribus Manasse quae cis Jordanem est, ad Meridiem.
- Issacharita*, vir ex tribu Issachar.
- Issus*, pag. 131. *m.* & 163. *m.* urbs Ciliciae, quam Stephanus Byzantius inter Ciliciam & Syriam collocat; quae, ob victoriam ibi de Dario reportatam, ab Alexandro Nicopolis dicta, apud Pinarum fluvium, non longe ab Amanio monte: a qua sinus maris Issicus est appellatus: hodie vulgo *Aiazco* sive *Laiazzo*; in duas urbes Issum & Nicopolim distinguit Ptolemaeus.
- Issicum praedium*, pag. 480. ad praefatam Issum, in quo ab Alexandro victus & fugatus Darius.
- Ister fluv.* pag. 257. *f.* pars inferior Danubii fluvii, de quo supra hoc verbo.
- Istri*, pag. 306. *f.* populi circa Istrum amnem positi.
- Isthmus Atticae*, pag. 100. sive Isthmus Peloponnesiacus; nec non a Corintho vicina urbe Isthmus Corinthiacus dictus, pars terrae angusta latitudinis quadraginta circiter stadiorum, quae Peloponnesum cum altera parte Graeciae jungit, cui ad Aquilonem Atticae pars quae Megarensium est territorium; ad occasum sinus Crisaeus qui Cyrrhaeus & Corinthiacus; ad ortum sinus Saronicus; in territorio Corinthiorum situs. vocatur Zoster a Stephano Byzantio in littera Z.
- Isthmus montis Aethi*, pag. 97. *f.* pars angusta terrae in Macedonia, cui mons Aethi junctus versus ortum, Chalcidica regio versus occasum, inter sinum Strymonicum ad Septentrionem & Singiticum sinum ad meridiem; vocatur ab Acanthe urbe Acantheus.
- Isthmus Chersonesi Thraciae* pag. 135. *f.* quam habet ad Austrum, alteram Thraciae partem ad Aquilonem; sinum Melanem ad occasum, & Propontidem ad ortum.
- Isthmus Ioniae*, pag. 3. in Asia minori sinum Smyrnaeum ad Aquilonem habens, in cuius recessu Smyrna; & sinum Ionium ad meridiem, in cuius recessu Lebedus civitas.
- Isthmus paludi Maoticae vicinus*, pag. 248. *f.* videtur esse sermonem ibi de Isthmo Chersonesum Tauricam ab altera Scythiae Europaeae parte separante; sed non est omnino Maoticae Paludi vicinus; forsitan de Isthmo Zenonis Chersonesi, inter Paludes Maotin & Bugen.
- Isthmus*, pag. 441. *m.* intra maria, Euxinum ad occasum, & Caspium ad ortum; cui ad Aquilonem mons Caucasus, ad meridiem Armenia major; regiones complectebatur Colchidem, Iberiam & Albaniam.

# INDEX GEOGRAPHICVS.

*Isthmus* Peloponnesiacus, vide supra *Isthmus Atticæ*.  
*Isthmus*, pag. 63. urbs in Ponto, forsitan urbs, quæ in Isthmo Cheronesi Thraciæ sita, quæ postea *Taphra* dicta, postmodum *Neapolis*.  
*Isthmus*, pag. 569. f. intra mare Rubrum ad meridiem, & mare Mediterraneum ad Aquilonem, cui inferior Ægyptus ad Occidentem, Judæa, Idumæa cum parte Arabiæ Petrææ ad Orientem.  
*Itabyrius mons*, pag. 402. *Itaburius mons* in Galiliæ; ipse mons *Thabor*, de quo infra.  
*Italia*, pag. 81. regio Europæ notissima olim, *Saturnia*, *Aufonia*, *Hesperia*, *Oenotria* &c. dicta, terminos habens à Septentrione *Alpes*, ab ortu *Asyam* Histriæ flumen & mare superum, quod & *Adriaticum* appellatur; à meridie mare inferum sive *Tyrhenum* & *Tosicum*, ab occasu iterum *Alpes*, usque ad mare Mediterraneum.  
*Italicus*, qui ad Italianam pertinet.  
*Itanus*, pag. 63. m. urbs Crætæ insulæ ad partem Orientalem, maritima Aquilonem versus: hodie vulgo *Palæo-Castro*, vicinum est ei *Itanus promontorium*.  
*Itonia Pallus*, pag. 270. m. ex urbe *Thessaliæ* (cui nomen *Iton*) inter *Larissam* & *Pheras* positæ.  
*Ituræa*, pag. 57. sive *Hamatha*; regio inter Arabiam & *Samaritam*, in tribu *Gad* & tribus *Ruben* parte, sub *Tiberio Imperatore* *Tetrarchia* facta.  
*Ituræi*, *Iturææ* regionis populi.  
*Judæa*, pag. 17. f. & *Judæa* terra, pag. 6. f. regio Asiæ minima quidem sed nobilissima *Syriam* (cujus pars fuit) ad Aquilonem habens, ab ortu Arabiam *Petræam* & desertam, ab Austro *Idumæam*, ab occasu *Mare magnum* sive *Syriacum*, multis insignita nominibus, etenim terra *Canaan*, terra *Promissionis*, terra *Israël*, terra quoque *Juda* (à *Philistiim*) *Palæstina*, quæ à Romanis in tres diuisa *Palæstinæ* sub *Tiberio Imperatore*, *Phœniciam* etiam continebat & *Galilæam*, olim in duodecim tribus filiorum *Israël* distributa, postea in sex dispersita regiones, *Galilæam*, *Samaritam*, *Judæam* proprie dictam intra *Jordanem*: ultra *Jordanem* *Trachonitidem*, *Ituræam* ac *Peræam* atque *Idumæam*, quæ ultra *Jordanem*; vulgo terra sancta appellata: hodie *la Jourie*.  
*Judæa* trans-Jordanensis, pag. 305. *Trachonitidem*, *Ituræam* & *Peræam* prælaudatas complectens, inter *Jordanem* ad occasum & Arabiam ad ortum.  
*Judæa* Tribus, pag. 22. m. inter duodecim potentissima, cui centum & quindecim civitates assignatæ, à qua tamen aliquæ excerptæ tribui *Simeon* necnon tribui *Dan* datæ sunt, habebat ab ortu mare mortuum, ab Austro *Idumæam* conterminam, ab occasu tribum *Simeon* & tribum *Dan*, ab Aquilone tribum *Benjamin* finitimam.  
*Judæa* & *Judæa* regnum, pag. 39. tribus *Juda* & tribus *Benjamin* hoc verbo intelliguntur.  
*Judæi* sive *Judaicus* populus, *Gens Judæa*.  
*Judæa* montana, pag. 22. m. loca sparsim tribus *Juda*, ubi civitates supra montes extructæ, vel fines ejus ad occasum prope tribum *Simeon*.  
*Julias*, pag. 644. urbs in dimidia tribu *Manasse* ultra *Jordanem*, in *Gaulonitide* regione prope *Bethsàidam*, sub cuius ditione diutius fuerat; & prope mare *Tiberiadis*, inter *Corozaim* & prædictam *Bethsàidam*.  
*Juliopolis*, pag. 516. v. *Tarsus*.

*Ivna* sive *Ava*, pag. 57. regio aut locus *Chaldææ*, quem ad ostium *Tigris* in sinum *Persicum* collocant aliqui; *Junius*, cui institit *Author*, asserit regionem fuisse *Arabie Desertæ*.

## K.

*Kadesbus Barnea*, pag. 16. & *Kades-Barnea* p. 18, in vulg. edit. Num. 32. v. 8. *Cadesbarne*, locus deserti *Pharan* sive *Idumææ*, in finibus terre *Promissionis* ad Austrum.  
*Kadytis* urbs *Syriæ* magna, pag. 66. m. putat *Scaliger*, ut refert auctor, hanc urbem apud *Herodotum* esse urbem *Kadesh*, de qua Num. 20. v. 16. in vulg. edit. *Cades*, civitas in extremis finibus terræ *Edom* sive *Idumææ*, prope *Cades* stationem trigessimam tertiam filiorum *Israël*.  
*Karm* sive *Nova Arx*, pag. 445. f. inexpugnabilis; quæ pag. 459. *Novum Castellum* appellatur ex *Strabone* lib. 12. p. 383. ubi *Καρμὸς* *καριος* locus, cui nomen *Novus* in *Armenia* minori, minus quam ducentis stadiis à *Cabiris*, de qua supra, distans in edita & prærupta *Petra*, habebat in vertice fontem abundantem & in radice fluvium & convallem profundam, quiddid in orbem circa petram, id *Sylvofum* omne & montosum atque aquæ expertum.  
*Kedemoth*, pag. 19. m. in vulg. edit. *Deut.* 2. v. 26. *Cademoth* solitudo circa urbem cognominem, quæ etiam *Cedimoth* & *Jethson* dicta civitas tribus *Ruben* facta refugii & data *Levitis*, postea *Cormos* sedem sive habitationem principis *Assassinorum* factam refert *Hollstenius*, ex *Beniamino Tudelensi*.  
*Kebelatha*, pag. 16. f. in vulg. edit. Num. 33. v. 22. *Ceelatha* decima nona mansio filiorum in *Israël* deserto, inter *Reffa* & montem *Sepher*.  
*Kenatham* cum villis suis *Nobachus* appellata, p. 19. f. in vulg. edit. Num. 32. v. 42. *Chanath-vocavitque eam* ex nomine suo *Nobe* urbs *Galaaditidis*, quam in tribu *Gad* reponit *Adrichomius*.  
*Kenita* *Heberus*, pag. 24. m. in vulg. editione *Judic.* 5. versu 24. *Haber* *Cinæus*: *Cinæi* erant populi terræ *Chanaan* ad meridiem, forte à *Cina* civitate sic appellati, habitaverunt in medio *Amalec* sive *Amalecitarum*.  
*Kibroth-Hattaavah* quod significat sepulchra concupiscentiæ, ut exprimitur in vulg. edit. Num. 33. versu 16. decima tertia mansio filiorum *Israël* in deserto, inter solitudinem *Sinai* & *Haferoth* pag. 15. & 16.  
*Kidronis* torrens, pag. 32. m. v. *Cedron*.  
*Kir-haresiba*, pag. 39. col. 2. f. & pag. 55. f. civitas, quæ 2. *Amos* v. 2. *Carioth* ultra *Jordanem*, in regione *Moabitarum*.  
*Kiriath Fearim*, pag. 27. quæ & *Baala*, & *Kiriath-baal*; *Kiriath-Jeatima*, pag. 30. in vulgata editione 1. *Regum* cap. 7. versu 1. *Cariathiarim*, apud quam *Gibeà* (in vulg. editione *Gabaa*) sive collis; civitas *Sylvarum*, quæ *Castra Dan* dicta est, civitas tribus *Juda*, quæ prius *Gabaonitarum*, postea in finibus tribuum *Juda* *Benjamin* & *Dan*.  
*Kiriath-Sepher*, pag. 22. vide *Debirus*.  
*Kirus*, pag. 52. col. 1. m. in vulg. editione 4. *Regum* 16. versu 9. legitur *Cyrenen* *Cyrenes* notitiam habes supra in fine elementi C.



INDEX GEOGRAPHICVS.

*Kiθon*, pag. 56. f. Cyprii intelligendi, aut *Γιθον*.  
Gutz five Gathi incolæ, de Cypriis & Gatho vide  
supra.  
*Kresomdion*, pag. 262. f. Campus in Phrygia, quæ  
Helleſponto adjacet, quæ ut ait Strabo lib. 11.  
pag. 393. parva Phrygia appellatur & Epictetus,  
etique circa montem Olympum.

L.

*L Abdacus*, vide Lampſacus.  
*Labecia*, pagina 586. oppidum felicit Arabiæ à  
Gallo deletum, ut refert Plin. lib. 6. cap. 28.  
*Labranda*, pag. 94. vicus Cariæ inquit Strabo lib. 14.  
pag. 453. in monte quæ Alabandis Milafa eunti-  
bus; inter utramque videlicet urbem.  
*Lacedæmon*, pag. 144. m. totius Peloponneſi civitas  
clariffima, prius Sparta appellata, in Laconia re-  
gione, ad Eurotam fluvium: hodie vulgo *Miffi-  
thra*.  
*Lacedæmonius*, pag. 75. f. prælaudatæ urbis incola,  
aliquando Spartiata dictus, totius Laconicæ populi  
paſſim Lacedæmonii fuere appellati.  
*Laconica* regio pag. 118. & 532. quæ Laconia, regio  
Peloponneſi australior, cujus caput Lacedæmon  
civitas; cingebatur verſus meridiem ſinu Meſſe-  
niaco & ſinu Laconico; eodem ſinu ac ſinu Argo-  
lico verſus Orientem; hoc ultimo ſinu & Argoli-  
de verſus Aquilonem, Arcadiâ verſus Occidentem,  
cum qua hodie vulgo *Tzaconia* vocatur.  
*Lacinium* promontorium pag. 551. Italiæ apud Bru-  
tios, ad Mare Aufonium prope Crotonam urbem;  
quod nunc vulgo *Capo delle colonna* vocatur, in  
Calabria ulteriori.  
*Lacibus* pag. 22. & 58. f. in vulg. editione Joſue 10.  
verſu 3. Lachis, urbs olim Regia, poſtea in forte  
tribus Juda, demum ceſſit tribui Dan, fuit etiam  
Leſem & Leſem Dan appellata, ætate S. Hiero-  
nymi villa ſeptimo milliario ab Eleutheropoli  
euntibus Daromam, diſtans à Cariathiarim ad  
duas leucas contra Occidentem.  
*Lada* parva inſula pag. 94. m. 117. m. & Lade p. 160.  
m. inſula maris Egæi, Mileſiorum urbi è regione  
eique objacens.  
*Lamia* pag. 225. urbs Phthiotidis regionis in Theſ-  
ſalia, ad Maleenſes pertinens, hodie vulgo *La-  
mina*.  
*Lampai* five Lampæorum civitas pag. 569. urbs Cre-  
tæ inſule, quæ alias Lappa ad Meſapum fluvium,  
mediterranea, in regione ab ea Lampæa dicta.  
*Lampſacus* pag. 60. alias Labdacus pag. 123. m. five  
Sampſama ſic enim pro Lampſaco legitur in textu  
Græco Machab. 1. cap. 15. urbs olim Pityuſa dicta,  
& Piticia Homeri, ut ait Stephanus Byzantius,  
Myſiæ juxta Propontidem in Aſia minori, non  
longe à Granici fluvii orſibus: hodie vulgo *Lam-  
pſico*.  
*Lampſacenus* pag. 80. f. prælaudatæ urbis incola.  
*Laodicea* pag. 389. f. & 680. m. Laodice & Laodicia  
urbs, quæ teſte Plinio prius Dioſpolis, deinde  
Rhoas dicta, in Lydia regione minoris Aſiæ, ad  
Lycum fluvium haud procul in Mæandrum in-  
fluentem: hodie *Landichia*.  
*Laodiceenſes* pagina 680. ejuſd. urbis cives. ſic pag.  
482.

*Laodicea* Phrygiæ, pag. 278. eadem quæ ſupra Lydia,  
urpote in confinibus Phrygiæ poſita.  
*Laodiceenus* ejuſdem etiam urbis accola.  
*Laodicea* pag. 522. m. urbs Syriæ maritime, ſita in  
peninſula prius *Leuce alle* id eſt album Littus, &  
ab Hebræis Ramatha five Ramitha, ad montis  
Libani radices, ab incolis *Lyche* appellata.  
*Lapithus* pag. 243. & 350. m. urbs inſulæ Cypri; cu-  
jus Dynaſta rex appellabatur, quæ & Lapethus  
& Lapathus, maritime in ora inſulæ Septentrio-  
nali, inter Solos & Cerauniam.  
*Lapithius* pag. 242. ſic rex hujusce urbis dictus.  
*Lappa* urbs pag. 435. eadem quæ ſupra Lampa, in  
Creta inſula.  
*Larandaorum* urbs pag. 226. f. ipſa urbs Laranda,  
Antiochianæ regionis in Cappadocia, ad Taurum  
montem poſita.  
*Lariſſa* pag. 134. f. urbs, quæ Lariſſa Ægyptiaca  
dicta, Lydiæ, ad fines Ioniæ & non longe ab urbe  
Ephſo.  
*Lariſſa* pag. 135. pro qua Ariſſa legitur apud Diodo-  
rum, urbs Troadis maritime, Leſto promontorio  
vicina verſus Aquilonem, Hamaxito verſus Me-  
ridiem.  
*Lariſſa* pag. 398. & 487. urbs Pelafgioridis regionis  
in Theſſalia, ad Penæum fluvium, hodie Italus  
*Larizzo* Gallis *Lariſſa*.  
*Lariſſeus* ibidem ejuſdem urbis incola.  
*Lariſſa* pag. 563. urbs Syriæ, quam Stephanus By-  
zantius dicit à Syris Sizaram appellatam, ſita erat  
ad Orontem fluvium, inter Apameam verſus A-  
quilonem & Epiphaniam ad Auſtrum: hodie vulgo  
*Lariſ*.  
*Lavinium* pag. 397. m. urbs olim veteris Latii, cre-  
ditur fuiſſe ubi nunc locus *Citta Lavinia* dictus  
18. Milliariis Româ diſtans verſus Orientem, in  
Campania Romana. Credit Lucas Holſtenius fuiſ-  
ſe in ejuſdem regionis colle *monte di Levanto*  
dicto, 1500. paſſibus à loco, cui nomen *Patrice*,  
diſſitus.  
*Lavinius* fluvius pag. 526. in Æmilia five Gallia Ciſ-  
padana non longe à Bononiâ verſus occaſum,  
qui vulgo hodie *Lavino* à meridie in Septentrio-  
nem decurrens fluvium *Samogia* ingreditur.  
*Lauria* pag. 562. neutro Genere apud Plutarchum in  
Antonio pag. 942. urbs aut potius regio incognita  
poſitionis; ſi non ſit Laurium Atticæ.  
*Lazi* pag. 421. m. populi interiora Ponti (Euxini lit-  
torâ) incolentes, in media Colchide, de qua ſu-  
pra, circa Phafim fluvium verſus meridiem, quo-  
rum regio Lazica nominatur.  
*Lebedus* pag. 117. m. urbs Ioniæ in Aſia minori, ma-  
ritima in parte Auſtrali Iſthmi peninſulæ Ioniæ;  
quæ etiam Labadus dicta eſt, & Lebidus.  
*Lebedii* pag. 258. ejuſdem urbis accola.  
*Lechi* pag. 26. f. ideſt Maxilla, & Ramath Lechi,  
ideſt elevatio maxillæ, five Enhakkore ideſt fons  
invocantis de maxilla; locus in terra Juda, id eſt  
terra Hebræorum, qui poſtea in tribu Dan.  
*Leſton* pag. 103. f. & 397. m. five Leſtum Troadis  
promontorium, ubi deſinit mons Ida, ad Ægæum  
mare non longe ab urbe Troia hodie vulgo *Scor-  
piata*.  
*Lemba* pag. 202. m. urbs Moabitica, de qua Joſe-  
phus lib. Antiq. 13. cap. 23.  
*Lemnus* pag. 144. & 281. inſula maris Egæi prope  
Thraciam,

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Thraciam, inter montem Athos ad Occidentem & Chersonesum Thraciæ ad Orientem, hodie vulgo *Saivment*.
- Lemnia* ejusdem Lemni insulani.
- Leomiocephale* pag. 389. *m.* Castellum sive oppidum munitissimum Phrygiæ superioris; quod maritimum fuisse perperam asserunt aliqui. Synnadis vicinum erat versus Aquilonem.
- Leontopolis* pag. 354. *f.* urbs inferioris Ægypti ad Buititicum Nili fluvii alveum, à qua Leontopolites Nomus appellatus.
- Leptis* pag. 494. civitas olim Africæ proprie dicta, quæ Leptis magna dicta est, apud Sirtim parvam, vicina Lepti alteri parvæ nuncupata, quæ Tripolis sive vulgo hodie *Napoli de Barbaria*, quæ sæpe ab authoribus pro unica accepta sunt.
- Levos* pag. 93. *f.* Insula maris Ægæi in ora Catiæ, quam Ortelius eandem esse cum Leria insula suspicatur aut ei vicinam; insulæ Pathmos proxima erat versus meridiem.
- Lebus* insula pag. 80. *f.* maris Ægæi Troadi proxima una è septem majoribus maris mediterranei insulis, à sua metropoli Mitylene nomen etiam Mitylenes accepit: hodie vulgo Italis *Meuelino* Gallicis *Metelin*. eam fuscè describit Strabo lib. 13. pag. 424.
- Lebus* pag. 73. *m.* Mitylenes insulani.
- Leuca* & *Leuca* pag. 146. & 150. Ionæ in Asia minori urbs maritima, ad Hermi fluvii ostia in sinu Smyrneo, inter Smyrnam & Phocæam.
- Leucanium* pag. 429. legit interpretes in Leucadio, sed apud Plutarchum in vita Pompeii pag. 631. *om. Λευκασιον*. non videtur locus diversus à Leucade insula, nisi forsân promontorium ab ea Leucadium dictum; Xilander putat esse fanum Junonis Lacinia prope Lucaniam.
- Leucas* insula pag. 365. *f.* & 429. maris Ionii Acarnaniæ proxima, cujus quondam peninsula fuit, & postmodum fossâ ab ea separata, cui etiam adhuc ponte conjungitur: nunc hodie vulgo *Sainte Maure* appellatur.
- Leucecome* castellum pag. 555. *f.* inter Berytium Sidonemque positum, in Phœnicia, maritimum.
- Leucophrys* pag. 136. *f.* locus aut urbs Asiae minoris, circa Tralleis Lydiæ urbem.
- Leucosyri* pag. 408. populi regionis, quæ Leucosyria & Assyria dicta, in Cappadocia ad Pontum Euxinum, circa Thermodontis fluvii ostia.
- Leucosyri* pag. 147. *m.* populi ejusdem Cappadociæ versus Austrum prope Ciliciam, ad Pyrami fluvii fontes, qui teste Stephano Byzantio prius Leucosyrus fuerat appellatus.
- Leuctrica* pag. 144. apud locum Bœotia Leuctra dictum, ubi, ut docet Stephanus Byzantius, urbs erat, forte ob victoriam à Thebanis de Lacedæmoniiis reportatam, Nicæa dicta, hanc Strabo lib. 9. pag. 285. urbem dicit in itinere, quo à Plateis Thespias itur in campo ad radices montis Cythæronis.
- Leusine* pag. 325. *f.* locus Ægypti inferioris, quatuor miliaria ab Alexandria versus Orientem distans, quem Strabo lib. 17. pag. 550. Eleusinem vocat pagum Alexandriae & Nicopoli proximum, in ipsa fossâ Canopica.
- Liba* pag. 278. oppidum Mesopotamiæ, non longe à Tygri fluvio.
- Libanus* mons pag. 166. *m.* hoc nomine in sacris Scripturis intelligendus est mons, qui à Ptolemæo Antilibanus (de quo supra) nominatur, nam apud Septuag. Interpretes pro Libano legitur Antilibanus, cujus amplam descriptionem vide in Adrichomio; nunc ab Arabibus *Lobnan*, à Syris *Lebnon* appellari asserit Gabriel Sionita cap. 6. Libanus Ptolemæi ultra Damascum reperitur.
- Libani* convallis pag. 23. ad ejusdem montis radices.
- Liburni* pag. 577. populi Liburniæ regionis, quam Romani Illyrico adjunxerunt, ad mare Adriaticum, cui Histria ad Occidentem, & Dalmatia ad Orientem: nunc pars Croaciæ est.
- Liburna* navis pag. 465. *f.* sive Luburnica navis pag. 484. *f.* naves apud Liburniam certa & speciali formâ fabricata, & sic ab ea denominata.
- Libna* pag. 16. *f.* in vulg. edit. Num. cap. 33. versu 20. decima-septima mansio filiorum Israel in deserto, inter Remmonphares & Resa, idem locus ac Laban in solitudine campestri, contra mare Rubrum.
- Libna* pag. 22. *f.* & 39. col. prima in vulg. editione Josue 10. versu 29. Lebna, civitas olim regia, quæ etiam Labana & Lobna, postmodum in tribu Juda, post Levitis data: ætate S. Hieronymi villa erat priscum nomen Lobna retinens.
- Libya* pag. 17. *m.* hoc olim nomine universa intelligebatur Africa; Libya proprie dicta pars Africa (quam alii partem fecerunt Ægypti) inter Ægyptum inferiorem ad ortum & Cyrenaicam regionem ad occasum.
- Libyæ* solitudines pag. 73. *f.* pars Libyæ australis & mediterranea, quæ etiam Libya exterior dicta; nunc regio & desertum *de Barca*.
- Libya* Cyrenaica, pag. 561. *m.* regio inter Libyam & Cyrenaicam, quæ à Ptolemæo Marmarica appellatur.
- Libys* plurali num. Libyes pag. 85. populi præfate Libyæ.
- Libicum* lege Libycum mare pag. 431. *m.* pars maris mediterranei Libyæ adjacens.
- Libyna* pag. 345. locus Libyæ, prope Apim, de quo supra, ex Polyb. Legat. 15. pag. 948.
- Libyna* ibid. ejusdem loci incolæ.
- Libyssa* pag. 305. viculus Bithyniæ maritimus, in terra arenosa: Stephanus Byzantius Castellum vocat ad Propontidem, Hannibalis secessu & morte notum, quod Leunclavius *Lebussa* vocat, alii *Lebise* aut *Gebise*, alii denique *Polmen*.
- Ligusticum* mare pag. 69. *m.* pars mediterranei maris Liguriæ maritimæ exposita, quam hodie *la mer de Genes* appellamus.
- Ligusticus* sinus pag. 431. ejusdem maris recessus ad Genuam urbem, qui ab occasu orâ littorali vulgo *riviera di Poneme* dictâ terminatur, ab ortu altera orâ littorali vulgo *riviera di Levante* nominata.
- Ligyæ* pag. 98. *m.* alias Ligures, populi Liguriæ, quæ Italia regio duplex; Liguria vetus mediterranea & pars Gallia Cisalpinæ, cui ad Occidentem Alpes Cottia, ad Septentrionem Padus amnis, ad Orientem & Meridiem altera Liguria quæ maritima nunc status Reipublicæ Genuensis, cui ad occasum Galloprovincia & Pedemontium, ad ortum Hætturia, ad Austrum mare ab ea Ligusticum dictum; alii his Ligyæ Asiæ, de quibus hic sermo sumptere originem, hi autem Colchidem incolere.

INDEX GEOGRAPHICVS.

- Lilybaeum* pag. 382. f. urbs & promontorium magis Occidentale Siciliae insulae, urbs nunc *Marsala* vocitatur, promontorium *Capo Coco* sive *di Beo*, in valle *di Mazara*.
- Lilybetani* pag. 382. f. populi Lilybaei urbis & regionis Lilybaei promontorii.
- Limyra* pag. 290. m. urbs Lyciae in Asia minori, quam Stephanus Byzantius à Limyro, cui adiacet, fluvio appellatam dicit: eadem est quae ab ipso prius *Lamyra* nominatur.
- Lindus* pag. 61. m. civis urbis Rhodi insulae, cui nomen *Lindos*, ad oram littoream Orientalem, quae hodie etiam *Lindo* vocatur.
- Lipara* pag. 76. Aelitarum insularum praecipua, à qua omnes Lipatae insulae sunt appellatae, in mari Tyrrheno, inter Siciliam & Italiam, hodie *Isole di Lipari*.
- Livias* pag. 441. urbs Iudaeae, quae etiam *Libias* dicta, ultra Jordanem & ad ejus ripam sinistram, non longe ab ejus ostiis in Lacum Asphaltitem, in tribu Ruben, ut refert Adrichomius.
- Locri* pag. 100. m. populi Graeciae in tres divisi: quorum primi ab Opunte urbe Opuntii dicti, quibus ad occasum Phocis, ad meridiem & ortum Bœotia, ad Aquilonem fretum Euripus appellatum; secundi à Cnemide monte Epinemidii dicti, quibus ad Orientem & meridiem Phocis, ad occasum Doris & Aenianes & Thessaliae pars; ad Aquilonem Euripus & Maleae sinus; tertii Locri à fetore Ozolae appellati; quibus ad occasum Aetolia, ad Aquilonem Doris, ad ortum Phocis, ad meridiem sinus Crisaeus.
- Loryma* plur. num. pag. 324. m. & *Loryma* p. 118. f. urbs Doridis in Caria, maritima, ex adverso Rhodi à qua paulo amplius viginti millia distabat, hodie *Maxi*. vel *Stadia* ut vult Pinetus, eadem quae *Doryma* de qua supra.
- Lotharingus* in praefat. ex Lotharingia, quae regio est Galliae Belgicae, inter Campaniam ad occasum, & Alsatiam ad ortum, Luxemburgum ad Aquilonem, & Comitatum Burgundiae ad Austrum, vulgo *la Lorraine*.
- Lubai* pag. 34. col. 1. f. in vulg. editione 2. Paralip. 12. versu 3. legitur *Libyes*, populi, ut diximus, *Libya*, de qua supra.
- Lucania* pag. 514. f. regio olim Italiae, cujus fines versus Septentrionem Silarus amnis, quo à Campania removebatur, & fluvius Brandanus, quo separabatur ab Apulia: versus Orientem sinus Tarentinus; versus meridiem Laus *Laino* fluvius, quo à Brutiis distinguebatur; Tyrrhenum mare versus Occidentem; nunc pars regni Neapolitani, in qua Basilicata provincia, Australis pars principatus citerioris, & pars citerioris Calabriae.
- Lucani* pag. 217. m. populi Lucaniae.
- Luceria* urbs pag. 397. m. una è tribus urbibus, in quibus Romani Sabinis juncti dispersi fuere, à luco sic dicta; qui ut videtur, erat in Latio.
- Lusa* pag. 441. m. una ex urbibus, quas Alexander Jannaeus Arabibus eripuerat, in Iudaea ultra Jordanem Arabiam versus, ut aliarum plurimarum.
- Lusitani* p. 533. populi Lusitaniae, quae una est è tribus Hispaniarum regionibus; cui ad Septentrionem & Orientem erat Hispania Tarraconensis, ad Meridiem Batia, ad Occidentem Oceanus Occidentalis; ex parte respondet regioni, quae nunc *le Portugal* vocitatur.
- Luzi tractus* pag. 4. f. vide supra Bethel.
- Lycium* pag. 181. locus prope Athenas urbi ad Orientem Aetivum, ubi Aristoteles discipulos suos Philosophiam docebat.
- Lycus campus* pag. 418. f. in Asia minori, Heracleae Ponti vicinus.
- Lycania* pag. 134. m. regio Asiae minoris in mediterranea, & pars Cappadociae Australis, Isauriae ab occasu, Ciliciae ab Austro, Armeniae minori ab ortu finitima, ejus metropolis Iconium, à qua regio nunc vulgo *Cogni* appellatur.
- Lyciones* pag. 564. m. hujus regionis indigenae.
- Lycia* pag. 97. regio Asiae minoris maritima in ora Australi, quae à Septentrione Phrygia, ab occasu Caria, à meridie suo mari Lycio, ab ortu Pamphylia terminatur, nunc vulgo *Aldinelli*.
- Lycii*, populi Lyciae.
- Lycium mare*, pag. 17. m. Lyciae versus meridiem vicinum.
- Lycus amnis* pag. 171. m. 174. m. & 372. fluvius Assyriae, qui è monte Niphate nascens, ab Aquilone in meridiem currens, Tigrim fluvium versus Orientem ingreditur.
- Lycus fluvius*, pag. 415. ult. *linea*, Cappadociae, qui ab ortu in occasum fluens Irim fluvium ingreditur, Pontum Euxinum versus.
- Lycus fluvius*, pag. 97. m. pag. 281. & 259. in Phrygiae parte Australi, qui è Lyciae confinis versus Aquilonem defluens, per Hierapolim, Colossas & Laodiceam Mæandrum fluvium postea ingreditur; sunt adhuc alii ejusdem nominis fluvii.
- Lycus* pag. 428. m. urbs Cretae insulae versus Orientem, in medio Isthmi, quae etiam *Lycum* & *Lycia*; hodie *Paleocastro*.
- Lydda* Toparchia pag. 360. Iudaeae; & *Lydda* urbs pag. 521. vide supra Diospolis.
- Lydia* pag. 45. col. 2. regio Asiae minoris ab Austro Cariam, ab occasu Ioniam & Aelidem, ab Aquilone & ortu Phrygiam habens conterminas; fuit etiam saltem pro parte Mæonia dicta; hodie vulgo *Carasia*.
- Lydi* pag. 25. Lydiae populi.
- Lydiacum regnum* pag. 224. m. quod in Asia minori, ad Halym usque fluvium pertingebat.
- Lydi Campi* pag. 230. in praefata Lydia regione.
- Lyperus* pag. 264. f. mons Bithyniae, ad quem condita urbs Zipoetes à Zipoete rege Bithyniae.
- Lysania* tetrarchia pag. 585. m. vide infra Thraconitis.
- Lysias castellum* pag. 446. & pag. 508. m. urbs Syriae sita ultra lacum, qui juxta Apamiam est.
- Lysimachia* pag. 263. f. & 265. m. urbs Chersonesi Thraciae; quam prius Cardiam appellatam asserit Stephanus Byzantius, cui potius excisae successit, in vicino loco condita. Cardiae situm vide supra; hodie vulgo *Hexamili*.
- Lysimachium templum* pag. 263. apud praefatam Lysimachiam urbem.
- Lysinoe* pag. 300. urbs minoris Asiae circa Pamphylia; videtur esse eadem, quae Lysinia Ptolemaei, utpote Cormasae vicina, in Pisidia.
- Lysra & Lystra* pag. 661. civitas Lycaoniae Act. 4. v. 6. & 27. v. 5. *Lystra*, quae est Lyciae (confines sunt Asiae minoris regiones) *Lystra* tamen à Geographis in Isauria ponitur, nunc excisa.

INDEX GEOGRAPHICVS.

M.

*Maced*, pagina 337. f. in Græco textu *μακιδ*, sed in vulg. editione 1. Machab. cap. 5. v. 26.

Mageth. civitas magna & munita Galaaditidis regionis, in tribu Gad.

*Macedonia* pag. 102. regio Europæ amplissima, ab ortu Ægæo mari conclusa, à meridie Thessaliâ & Epiro, ab Occidente Ionio mari, ab Aquilone Scardo monte & Orbelo, Moesiæ & Thraciæ parti confinis, olim Emathia, & Mygdonia, quæ ejus tantum partes erant, nunc ejus pars occidua *Albania*, pars quæ ad ortum *Iamboli*, quæ ad Austrum *Comenolitarum*.

*Macedonia superior* pag. 526. pars Macedoniae versus Septentrionem.

*Macedones* pag. 76. f. Macedoniae populi.

*Macedonicum* regnum pag. 45. col. 2. hic imperium Macedonum anno mundi 3210. incæptum intelligitur; quousque extensum fuerit testatur Alexandri magni Historia & successorum ejus.

*Macerianus* Boxus pag. 204. si dictio sit Geographica aut locus est hæcenus intractus à Geographis, aut legendum Macarianus ab urbe Arcadiæ Macarææ, aut Macaria, planitie sive regione Melleniæ.

*Machabæus* pag. 418. m. Castellum Judææ, apud Jordanem fluvium & lacum Asphaltitem, in colle situm, ab his duodecim horarum itinere versus Orientem distans, in districtu tribus Rben.

*Macpela* ager pag. 6. & *Macpela* Spelunca ibid. f. in vulgata editione Genes. 23. versu 9. Spelunca duplex; Onkelo *Capheltha* Jonathani *Cepheltha*. *Macpela* duplicem significat; sita erat prope Hebron urbem, de qua supra.

*Macrobius* Æthiopes pag. 85. f. vide supra Æthiopes.

*Macrones* pag. 134. m. qui & Machelones; quos sua ætate Sarnos appellari testatur Steph. Byzantius; gens Pontica ad Apsarum fluvium, quibus ad Aquilonem Colchii, ad occasum Heniochi, ad meridiem Scythini & Armeno Chalybes, ad ortum Taochi.

*Madianitis* terra, pag. 11. sive terra Madian, cujus populos Mandianitas & Madrenas vocat Stephanus Byzantius; populi erant Arabiam & præcipue Peræam incolentes, quorum regio Madian appellabatur.

*Madytus* pag. 104. m. & 121. m. urbs Hellepontica inquit Stephanus Byzantius, ad Hellepontum, sed in Thracica Chersoneso à quibusdam collocatur, è regione Percotes.

*Mæandri* campus pag. 80. f. circa minoris Asiæ amnem celeberrimum Mæandrum, prope Priencem & Magnesium, in Ionæ & Caræ confinibus.

*Mæonia* pag. 412. sive Mæonia, pars Lydiæ regionis, in Asia minori Australior.

*Mæotis* palus vide infra Mæotis.

*Masaloth* alias Massadoth pag. 347. in vulg. editione 1. Machab. c. 9. v. 2. *Masaloth*, quæ est in Arbellis, civitas in tribu Nephthali, in Galiliæ superiori sive Gentium.

*Magana* p. 300. m. mons Asiæ minoris, Magava legit Ortelius, & Ancyra Galatiæ vicinum arbitrat.

*Magarsus* pag. 163. collis sublimis in Cilicia prope Mallum urbem, ubi Minervæ Magarsidis sanum celebre, ita Stephanus Byzantius.

*Magdala* fines pag. 625. m. vide Dalmanutha.

*Magdalena* pag. 66. ex Magdala latine Magedan loco prælaudato.

*Magdolum* pag. 66. m. apud Jeremiam cap. 44. v. 1. & cap. 46. v. 14. locus in monte situs, inter sinum Arabicum & Nilum fluvium; Magdolum Stephano Byzantio civitas est, Ægypti videlicet inferioris, sed vicinæ non fuerunt hæc Magdolum & Mageddo, ut opinatus est Scaliger.

*Magedan* &

*Mageddo*, vide Megiddus.

*Magnesia* pag. 80. f. urbs Caræ ad Mæandrum fluvium sita, prius Thessalocæ & Androlitia dicta; hodie *Manissa*. ut asserit Leunclavius.

*Magnesia* pag. 294. f. ad Sipylum (montem) cognominata, sive penes Sipylum, urbs Lydiæ, non longe à Phrygiæ finibus.

*Magnesia* pag. 106. f. regio Thessaliæ in mare Ægæum excurrens, quod ipsi est ad Orientem, sinus Thermaicus ad Aquilonem, sinus Pagæticus ad Meridiem, Pelasgiotis, & Phthiotis regiones ad Occidentem; fuit montibus Pelio, Ossa, Olympo & Planicie Tempe facta celebris.

*Magnesia* pagina 392. m. prælaudata regionis civitas maritima, ad promontorium, quod ad Orientem simul & Aquilonem situm est, quodque *Cabo verlichi* nominat Sophianus.

*Magnus* sing. num. & *Magnetes* plurali, gentile nomen Magnesium pag. 288. *Magnetes* sunt Magnesiæ ad Sipylum incolæ.

*Magnopolis* pag. 456. vide Eupatoria.

*Magog* pag. 472. m. v. Edessa.

*Magusum* pag. 586. oppidum felicitis Arabiæ à Gallo deletum, ut ait Plinius lib. 6. cap. 28.

*Mabacathitarum* termini pag. 19. f. in vulg. editione Deuter. 3. versu 14. Termini Machati, regio sive civitas ultra Jordanem, primum ad regem Basan pertinens, postea dimidiæ tribus Manasse.

*Mahanaim* pag. 29. in vulgata editione 2. Regum versu 8. legitur per Castra, Mahanaim enim castra significat; fuit tamen locus ita appellatus in monte Galaad, & civitas tribus Gad ad Aquilonem, ad fines tribus Manasse, cui vicinum erat desertum Mahanaim.

*Makeloth* pag. 16. f. in vulg. editione Num. 33. v. 25. *Maceloth*: vigesima secunda mansio filiorum Israël in deserto, inter Arada & Thahath.

*Makkeda* pag. 22. ibidem Spelunca Makkeda in vulg. edit. Josue 10. v. 16. Spelunca urbis Maceda; civitas olim regia, quæ postea fuit tribus Juda; in octavo milliario Eleutheropoleos contra solis ortum.

*Malea* pag. 118. m. 392. m. 488. promontorium Laconicæ, quod magis Orientale est, in sinu Laconico à Cythera insula sex milliariis distans, quodque hodie *Capo Malio di sant' Angelo* nominatur.

*Malea* pag. 126. m. promontorium Lesbii insulæ versus meridiem, quod etiam Malia fuit appellatum.

*Malena* pag. 95. locus Atarnidis regionis Mysiæ in Asia minori, è regione Lesbii insulæ.

*Malenses* pag. 243. Malensium rex oppidi in insula Cypro Malum appellati, quod non longe à Papho fuisse videtur.

*Maleus* sinus pag. 404. m. propter Spolia à Pyratibus Aureus dictus, apud Malea promontorium Laconicæ, de quo supra.

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Malli** pag. 191. *m.* populi Indiae, qui (ut pag. 202.) Mandri, vel Ambri, & Sabraci & Subagri, vel Sugambri dicuntur, qui a Steph. Byzantio Mali Oxydracorum, duas tamen ex his nationes facit Strabo lib. 15. pag. 482. quorum regio inter fluviorum Hydaspis & Acesinis, & Acesinis atque Indi confluentes posita erat.
- Mallum** pag. 163. p. 241. f. 244. *m.* alias Mallus urbs Ciliciae maritima, ad Pyrami amnis ostia, hodie vulgo *Malo*.
- Mallota** pag. 316. Machab. 2. cap. 4. versu 30. praelaudatae Malli urbis incolae.
- Malocha** pag. 586. vallum ad flumen positum, sive Pagus in Arabia felici, de eo Strabo lib. 16. pag. 538.
- Mallum** pag. 434. *m.* lege Mallum, de quo supra.
- Malum** pag. 244. *m.* vide supra Malenses.
- Mambre** pag. 4. & Convallis Mambre ibid. in vulgata editione Gen. 13. versu 18. *Mambre quae est in Hebron* Hebronis situm, quae etiam Mambre appellata est, vide supra hoc verbo.
- Manatis** pag. 438. regio Armeniae ejusdem nominis Deo consecrata.
- Manasse** una e tribus filiorum Israel, in duas partes divisa prima pag. 20. f. dicta dimidia tribus Manasse cis Jordanem, ab occasu in ortum protensa, ab ortu Jordane fluvio, versus Austrum tribu Ephraim, ad occasum mari Magno, ad Aquilonem tribu Issachar conclusa erat. Altera pars dicta dimidia tribus Manasse trans-Jordanem, occasum versus Jordane fluvio & lacu Genesareth a tribubus Zabulon & Nephthali secegebatur, habens ad Aquilonem Syriam, ad ortum Arabiam desertam, ad meridiem tribum Gad sibi finitimam.
- Maninea** pag. 148. f. urbs Arcadiae, quae in honorem Antigoni regis ab Argivis Antigoniam nominata, sed postea ab Adriano Imperatore priori nomine donata est; sita erat ad Ophim fluvium: hodie vulgo *Mundi* vel *Mandi* a Mario Nigro *Goriza* vocatur.
- Maracanda** urbs pag. 185. f. Sogdianorum regia, cuius murus 70. stadia amplectebatur; est Paracanda Strabonis lib. 11. pag. 356. sive potius *Majagasa* sive, sic enim apud eundem MSS. legitur, putant esse eandem, quae nunc *Samarebanda*.
- Marah** pag. 13. in vulg. editione Exodi 15. v. 23. Mara alias Marath fons amarissimus, cuius aquae injecto ligno dulces redditae, ubi quinta statio filiorum Israel in deserto, inter Pi-hahiroth, & Elim.
- Marathon** pag. 107. vicus Atticae Leontidis tribus, triginta quinque circiter milliaribus Athenis distans Orientem Aestivum versus, non longe ab amne Alope & Euripo freta: hodie adhuc *Marathon*.
- Marathonia** pugna pag. 88. f. apud Marathonem, in qua Persae a Graecis duce Miltiade superati.
- Marathus** pagina 165. & 280. urbs Phoeniciae magna & opulenta, ex adverso Atadi insulae in continenti sita, de qua Ptolemaeus Geogr. lib. 5. cap. 15. eam in vicina Cassiotide collocans, inter Casium montem ad Aquilonem & Eleutherum amnem ad Austrum.
- Marathenses** pag. 357. *m.* praefatae urbis incolae.
- Marathusa** pag. 118. insula maris Aegaei Clazomenis obiacens, in Smyrnae sinu.
- Mardi** pag. 177. f. gens Perlidis versus solis ortum.
- Mardi** pagina 177. f. pag. 181. f. populi Hyrcaniae confines, quos inter Hyrcaniae populos recenset Stephanus Byzantius. Ptolem. Geogr. lib. 5. cap. 13. pag. 135. illos inter regionem *κατωμα* dictam versus Aquilonem collocat, & Niphatem montem versus Austrum; Armeniam majorem versus Occidentem, & Mediam Orientem versus.
- Mare campestrium** pag. 43. col. 2. f. in vulg. editione 4. Regum cap. 14. versu 25. dicitur *mare solitudinis* in lib. Josue cap. 3. v. 16. *mare solitudinis, quod nunc vocatur mortuum*, hinc constat ibi sermonem esse de Asphaltite lacu, de quo v. supra.
- Mare Aegyptium** pagina 169. pars mediterranei maris, quae Aegyptum inferiorem versus Aquilonem alluit.
- Mare Galilaeae** pag. 625. v. Genesareth aquae.
- Mare Graecum** pag. 412. *m.* pars mediterranei maris Graeciae adjacens.
- Mare Mediterraneum** pag. 3. f. quod etiam internum dicitur, utpote inter terras sive in medijs terris inclusum; Europam habet ad Aquilonem, Asiam ad ortum, & Africam ad Meridiem.
- Mare mortuum & mare saluum** pag. 5. vide Asphaltites lacus.
- Mare rubrum** pag. 6. f. & pag. 12. quod etiam Graeco vocabulo mare Erythraeum; hac voce apud Prophanos Auctores intelliguntur sinus Arabicus & sinus Persicus atque pars Oceani, quae felicem Arabiam versus Austrum alluit; sed in *sanctis* Scripturis, cum de Mari-Rubro sermo est, Arabicus sinus tantum intelligitur, seu potius ejus pars, quae ad Septentrionem.
- Marea** pag. 109. urbs inferioris Aegypti super Phatum sita; illam Stephanus Byzantius Mareiam vocat Alexandriae (*Aegyptiae*) adjacentem; cum lacu cognomine, qui
- Mareotis** sive *Maria* lacus pag. 169. ab Alexandria magna versus meridiem sexaginta circiter leucis distans; quique etiam Marius lacus est appellatus; hodie vulgo *Buchiara*.
- Marginia** sive Margiana urbs p. 187. f. ultra Ochum & Oxum fluvios; in Margiana sane regione, cui Hyrcania ad occasum, Scythia ad Septentrionem, Bactriana ad ortum & Asia ad Meridiem ut refert Ptolemaeus Geogr. lib. 6. cap. 10.
- Mariaba** pag. 586. oppidum felicitis Arabiae a Gallo deletum, ut fert Plinius lib. 6. cap. 28. Stephanus Byzantius ex Strabone lib. 15. dicit Mariabam Sabaeorum metropolim, apud mare rubrum positam.
- Mariamne** pag. 165. urbs Phoeniciae, quam Stephanus Byzantius ex Pausania Mariammiam vocat. apud Ptolemaeum Geogr. lib. 5. cap. 15. Mariame, urbi Emesae vicina versus occasum.
- Marsa** pag. 339. f. in vulg. edit. 2. Machab. cap. 12. versu 35. Marsa, urbs Idumaeae, quae etiam Adiffa dicta, sita erat ad confines tribus Juda versus occasum.
- Marseni** pag. 379. *m.* ejusd. urbis incolae.
- Marius** pag. 242. *m.* rex Marii urbis insulae Cypri maritimae ad Aquilonem Solis versus occasum.
- Maronea** pag. 303. *m.* & Maronia pag. 299. urbs Thraciae, ab Homero Iमारु appellata, maritima ad Sceni fluvii in Aegaeum mare sese exonerantis ostia: hodie vulgo *Marogna*.
- Maronite**. Maroneae cives.

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Marsicum* bellum pag. 390. f. aduersus Marfos eorumque Socios, Marfi Italiae populi, quibus ad Orientem Peligni & Samnitæ, ad meridiem Latium, ad Occidentem Sabini, ad Septentrionem Veltini, circa lacum Fucinum: hodie pars Aprutii posterioris, vulgo *Ducato di Marfi*.
- Marsya* pag. 508. urbs Phœnicæ, circa quam.
- Marsya* conuallis pag. 277. f. inter Libani & Antilibani radices sita, cum præfata urbe cognomine.
- Marsyas* amnis pag. 94. in Phrygia, qui non procul à Mæandri fontibus nascens, ab ortu solis æstivo in Brumalem occasum currens Apameam urbem Phrygiæ cingit, & eundem Mæandrum fluvium paulo post ingreditur.
- Marsyaba* pag. 586. urbs Rhamanitarum, in Arabia felici à Gallo incassum obsessa.
- Mariandeni* pag. 98. m. potius Mariandyni populi olim Bithyniæ, ad Pontum Euxinum, circa Heracleam Ponti, à quibus vicinus sinus Mariandynus est appellatus.
- Maspha* alias Mitzpa pag. 334. 1. Machab. cap. 3. versu 46. in *Maspha* contra *Jerusalem*, quia locus orationis erat in *Maspha* ante in *Israël*. civitas tribus Benjamin, in confinio tribus Juda, ubi, ante templum conditum, fuit arca Domini.
- Masfada* pag. 528. m. 542. f. vide statim *Masfada*.
- Massa*, vide *Rephidim*.
- Massada* pag. 540. & *Masfada* pag. 542. Castellum munitissimum in prærupta petra, cui nomen collis Achillæ muro firmo ab Herode cinctum, in tribu Juda, non longe ab Asphaltite lacu, in regione Daroma dicta.
- Massadoth*, vide *Mæsaloth*.
- Massaga* pag. 193. regionis Assacenorum in India ultra Guraum fluvium urbs maxima & 35. stadium muro cincta; circa Indi, ut videtur, superiores partes.
- Massageta* pag. 188. m. pag. 83. f. & pag. 190. m. *Massageta* Scythæ sive gens Scythica; in assignanda illorum regione variant auctores; hic præponenda Ptolemæi sententia, qui *Massagetas* collocat inter *Margianam* ad meridiem & *Derbiccas* ad Aquilonem, inter *Hyrceanam* ad occasum & *Bactrianam* ad ortum; alios adhuc *Massagetas* ultra *Bactrianam*, Orientem æstivum versus collocat, ad *Jaxartes* fluvii fontes, de quibus forsitan sermo pag. 188. & pag. 190.
- Massilia* pag. 69. m. anno mundi 3004. à Phocæensibus in mari Ligustico condita, urbs Galliæ olim *Braccatæ* dictæ, maritima: nunc vulgo *Marseille* in Galloprovincia cum portu celebri.
- Massilienses* pag. 374. urbis præfate cives.
- Matthana* pag. 19. solitudo, quam transferunt filii *Israël*, ubi postea fines tribus Ruben ad Orientem & Austrum.
- Mauritania* pag. 493. f. regio Africae amplissima & ad Occidentem in tres divisa, in *Tingitanam*, quæ Occidentalior est, nunc regna *Fezii de Fex* & *Marochii* complectens; in *Cæliensem* inter *Tingitanam* ad occasum & *Sitifensem* ad ortum, in qua regna, quæ vulgo *de Tremisen & d'Alger*: tandem in *Sitifensem*, quæ aliis Occidentalior est, in qua regnum *Bugiense*, *Numidianum* habens ad ortum; hæc tres simul nunc *Barbaria* nominantur.
- Maurus* pag. 487. f. *Mauritania* indigena.
- Mazaca* p. 456. m. vide *Cæsarea* Cappadociæ supra.
- Mazaceni* Cappadociæ pag. 405. f. ejusdem urbis accolæ.
- Medaba* pag. 347. f. & 373. m. in vulgata editione 1. Machab. 9. versu 37. *Madaba*, civitas prius *Ammonitarum*, deinde *Amorrhæorum*, tandem tribus Ruben, ad torrentem Arnon, cujus vicina regio campestris *Medaba* dicta.
- Media* pag. 49. col. 2. regio majoris Asiæ maxima, Caspium mare ad Boream habens, *Hyrceanam* & *Parthiam* ad ortum, *Assyriam* & *Sufianam* ad meridiem, & *Armeniam* majorem ad occasum; nunc vero regiones complectens, quæ *Schirvan* & *Karabach* & *Kilan* & *Erak* appellantur.
- Medi* pag. 17. m. hujus regionis Populi, quorum imperium, quod & *Assyriorum*, *Armeniam*, *Assyriam*, *Mesopotamiam* nec non *Persidem* continebat; unde in *Script.* per civitates *Medorum*, ditioni *Medorum* subjectas intellige.
- Media* major pag. 244. m. pars Occidentalis *Mediæ*, cujus *Satrapia* *Atropato* data, fuit *Atropatene* nominata.
- Media* minor pag. 244. m. altera *Mediæ* pars versus Orientem.
- Medici* reges, id est reges *Medorum*.
- Megalopolis* pag. 303. m. quæ & *Megapolis*, quam *Stephanus Byzantius* *Megalesis* vocat, urbs *Arcadiæ* omnium novissima, ex coloniis aliarum *Arcadiæ* urbium, quas *Pausanias* recenset in suis *Arcadicis* pag. 258. sita erat ad interfecantem *Helissonem* fluvium, in *Peloponnesi* umbilico; multoties excisa; locus nunc pene desertus *Leonardi* appellatur, fuit aliquando *Christianopolis* dicta.
- Megalopolitanus* pag. 291. & pluribus aliis in locis præcipue pag. 317. *Polybius Historicus* *Megalopolitanus* prælaudatæ *Megalopoleos* indigena, ut asserit, loco citato, *Stephanus Byzantius*.
- Megarensum* urbs pag. 249. f. quæ *Megara* urbs *Atticæ* versus *Isthmum* ea propter à *Stephano Byzantio* inter *Peloponnesum* *Atticam* & *Bœotiam* collocatur. prius *Nisa* vocabatur, ejus vero *Navale* in sinu *Saronico* *Nisæa*, ipsa adhuc hodie *Megara* nominatur.
- Megarensis* regio pag. 102. m. circa prælaudatam *Megaram* pars *Atticæ* versus occasum, cui *Bœotia* ad occasum & *Septentrionem*, *Isthmus* & sinus *Saronicus* ad Meridiem.
- Megarenses* pag. 58. m. ejusdem tum urbis tum regionis incolæ.
- Megara* pag. 363. urbs *Syriæ* in *Apamena* sive sub *Apamensium* ditione, ut notat *Strabo* lib. 16. p. 518.
- Megiddus* pag. 41. in vulgata editione 4. *Regum* 9. versu 27. sic pag. 66. m. civitas olim *Regia*, postea in dimidia tribu *Manasse* cis *Jordanem*: nunc vulgo *Subimbre* vel *Subube*.
- Megidduntine* aquæ pagina 24. m. prope præfatam *Megidduntem* urbem.
- Megidduntis* conuallis pag. 66. m. Campus vulgo *Mageddo* dictus prope eandem civitatem; credit auctor *Magdalum* cum *Magedan* coincidere.
- Megistes* portus pag. 296. in *Lyciæ* ora, non longe, ut videtur, à *Pataris*; *Lyciæ* urbem & insulam (forsan eandem) refert *Stephanus Byzantius*.
- Megistus* amnis pag. 284. circa *Æolidem* in *Asia* minori; si hac dictione fluvius *Asiæ* maximus non sit intelligendus, *Plinius* *Rhyndacum* fluvium asseverat fuisse postea *Megistum* appellatum.

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Melanes* sinus pag. 98. *m.* & 532. in Thracia, qui etiam à Cardia urbe Cardianus dictus, ad Isthmi Thraciæ partem occidentum, in Mari *Ægæo*.
- Melanes* fluv. pag. 98. *m.* Thraciæ, qui à Rhodopes montibus nascens, ab Aquilone in Austrum fluens mare *Ægæum* ingreditur, in sinu à se Melane dicto.
- Melienfes* pag. 100. *m.* Græciæ regio ad Maleacum sinum, cui Locri Epicnemidii ad meridiem, *Ænians* ad occasum, Phthiotis Thessaliæ ad Septentrionem.
- Melissa* pag. 128. *m.* Phrygiæ pagus, sive, ut apud Athenæum, civitas Synnadae ad meridiem.
- Melita* insula pag. 677. maris mediterranei, S. Pauli naufragio insignis, Siciliæ ad meridiem, olim Carthagenensium colonia: vulgo *Malta*, Gallice *Malte*.
- Melitenfes*, Melitæ insulani.
- Melitea* pag. 395. urbs Phthiotidis regionis in Thessalia, quam Strabo lib. 9. pag. 297. dicit prius Pyrrham appellatam; dicitur etiam Melittea, sita erat ad Euripeum fluvium.
- Melos* sive Melus pag. 113. *f.* 141. *m.* & 605. *f.* insula una Sporadum, quam Stephanus Byzantius inter Cycladas numerat, & prius Byblum, post Zephyriam nuncupatam dicit, sita erat in Cretico mari, Maleæ promontorio Laconicæ vicina.
- Memphis* pag. 3. *f.* alias Nophus p. 75. *m.* quæ etiam Migdol, nec non Menchis & Mitzar; civitas, quam clarissimam *Ægypti* metropolim appellat Stephanus Byzantius, ad sinistram & occidentem Nili ripam, in angulo Deltae è regione Babylonis: hodie ut refert Gabriel Sionita cap. 9. ab incolis *Alcabera*, ab Europæis *Alcairo* seu *Cairo*. In tres olim distincta partes, quarum tertia *Albus murus* dicta pag. 109. *m.*
- Memphites* pag. 130. ejusdem urbis incola.
- Mendæus* pag. 135. *f.* non, ut legitur, Meudæus, ex urbe Thraciæ, cui nomen Mende, Mendæi, ut ait Pausanias in Eliacis. Mendæi erant ad mare *Ægæum*, ad Hebræi fluminis ostia, prope *Ænum* urbem.
- Mendesium* Nili ostium pag. 110. *m.* de quo Ptolemæus Geogr. lib. 4. cap. 5. pag. 106. & ibidem Mendesium Nomus, cujus caput erat Thmais civitas, ibidem urbs Mendes, à qua nomen Nomus desumpsit, forte à Thmui non diversa.
- Mendesi* pagina 146. *m.* Mendesiæ præfecturæ sive Nomi accolæ.
- Menelai* portus pag. 150. *f.* locus desertus Libyæ prope Ardaniam, supra Parætonium, ut asserit Strabo lib. 1. pag. 27.
- Mennis* urbs pag. 175. quæ etiam Mennium & Memnium, urbs Allyriæ quartis castris ab Arbelis, circa Babylonem, ubi caverna est, ex qua fons ingentem vim bituminis effundit.
- Meriba* pag. 13. vide Rehidim.
- Meriba* aquæ sive contentionis pag. 18. *m.* in vulg. editione Num. 20. versu 13. & 24. aquæ contradictionis, trigesima tertia mansio filiorum Israël ad petram, quæ erat in deserto Zin, quod & Cades.
- Merus* mons pag. 192. ubi lege Meri montis, Mons Indicæ, ubi fabulantur natum Bacchum, inter amnes Indum & Cophenen.
- Meroes* insula pag. 85. *f.* *Æthiopiæ*, ut fertur, quæ sub *Ægypto*, de Meroe Ptolemæus Geogr. lib. 4. cap. 8. & lib. 8. tab. 4. de Meroe metropoli antea Herodorus, sed ex aliorum, ut fatetur, relatione lib. 2. cap. 29.
- Meropis* pag. 120. *f.* & 200. *f.* insula & urbs. vide supra Co.
- Mesambria* pag. 95. & Mesembria urbs Thraciæ in confinio Mytiæ ubi definit mons Hæmus, maritima ad Pontum Euxinum, inter Anchialum & Sarpedoniam urbem. vulgo *Mesember*.
- Mesembriani* pag. 306. *f.* prælaudatæ urbis accolæ.
- Mesogaba* pag. 169. *m.* ubi Hammonis templum est. vide supra verbo Ammonitis. alia lectio, quæ sane verior, *μειογία*, id est mediterranea.
- Mesopolis* pag. 394. *f.* incolæ loci aut urbis minoris Asiæ, aut in Lydia circa Ioniam aut Ioniam.
- Mesopotamia* pag. 6. regio Asiæ Euphrate fluvio ad Occidentem & meridiem, ac Tigri fluvio ad ortum comprehensa, cui ad Boream Armenia major; Assyria & Susiana ad ortum, Babylonia & Chaldæa ad meridiem: Syria vero cum Armenia minori ad occasum: quæ Aram & Charam dicta est, nunc vero *Diarbech*, illam Algeziram nominat Nubienfis Climate 4. parte 6.
- Messana* pag. 551. urbs Siciliæ ad Pelorum promontorium olim Zancle dicta, sita ad fretum ab eo Pharam Messanæ dictum, è regione Regii Calabriæ: hodie vulgo *Messine* in valle di Demona.
- Messene* pag. 147. *f.* regio Peloponnesi versus meridiem, cui ad Occidentem Cyparissus sinus & Elis regio; Arcadia ad Septentrionem; Laconia & sinus Messeniacus ad Orientem. nunc pars provinciæ quæ *Belvedere* dicta in Moræa. fuit postmodum in eadem regione urbs Messene prope Ithomen, ad fluvii *Balyra* ostia in sinu Messeniaco, nunc excisa.
- Messenii* pag. 132. prædictæ regionis indigenæ.
- Metapontus* pag. 94. *m.* urbs Italiæ olim Metabum dicta, atque etiam antea Siris, maritima in sinu Tarentino, ad Siris fluvii nunc *Basenta* dicti ostia; hodie locus pene excisus, vulgo *Torre di Mare* appellatus.
- Methona* pag. 565. *f.* Peloponnesi urbs: plures hujus nominis urbes in Peloponneso, una Argolidis, altera Laconicæ, tertia Messeniæ regionis; de qua illarum hic quaestio sit, non potest certo diffiniri.
- Methymna* pag. 123. *m.* & pag. 330. *f.* urbs in Lesbos insula, in ora insulæ versus Orientem.
- Methymnai* hujusce urbis incolæ.
- Metropolitanus* campus pag. 300. circa urbem Phrygiæ Metropolim nuncupatam, sitam inter Synnada & Apameam ejusdem Phrygiæ civitates.
- Metroum* templum Phrygiæ Deæ pag. 400. *m.* id est Deorum matri, à qua fanum appellatum apud Athenas civitatem.
- Micalensis* mons pag. 86. *f.* & Mycale mons pag. 94. *m.* cum promontorio & urbe cognomine, Strabo lib. 14. p. 438. in Ionia collocat, Stephanus Byzantius in Caria, situs erat è regione Sami insulæ.
- Midaium* pag. 558. *m.* quod etiam Midaicum, oppidum Phrygiæ magnæ, ad Sangarium amnem, Gordio versus occasum.
- Midianite* pag. 8. *m.* quorum regio Midianitis, in vulg. editione Gen. 37. v. 36. Madianitæ. vide supra Madianitidis terra.

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Miamashum* pag. 350. in vulg. editione 1. Machab. cap. 9. versu 73. legitur in Machmas, alias Magmas & Megmas, civitas non longe a Gabaa tribus Benjamin, & terminus tribus Ephraim contra Austrum: *Ætate* S. Hieronymi vicus grandis, nunc vulgo *Byra* vel, ut quidam asserunt, *Elbin*.
- Migdolum* pag. 12. f. idem locus qui supra Magdolum; non procul a mari rubro pag. 75. m.
- Miletopolis* pag. 396. f. urbs Mytiæ, apud à se denominatam Paludem Milepolitidem, ut ait Strabo lib. 12. inter Cyzicum & Bithyniam, circa Rhynacum fluvium, ut observat Stephanus Byzantius: hodie *Melitopoli*.
- Miletus* pag. 36. m. urbs Ionie in Asia minori, secundum aliquos Carie; sed Stephano in Caria Ionum; primum Leleges; deinde Pityusa, post Anaetoria, tandem Miletus dicta in peninsula, paululum remota ab ostiis Mæandri fluvii; hodie vulgo *Milasso*.
- Milesi* pag. 60. urbis prælaudatæ cives.
- Mispa*, vide *Mizpa*.
- Misraimi* terra pag. 3. f. sic appellata est Ægyptus, de qua supra.
- Misbka* pag. 16. f. in vulg. edit. Num. 33. versu 28. Methca, apud Septuag. Interpret. *μαθνηκα*. vigesima quinta statio filiorum Israël in deserto, inter Thare & Hefmona.
- Mitbridatium* pag. 448. unum è tribus Galatiæ castellis muro cinctis, quod à Ponto avulsit Pompeius, ut Strabo refert lib. 12. pag. 390.
- Mithylena* pag. 80. f. & Mytilene pag. 94. apud Steph. *Μυτιλήνη* urbs Lesbii insulæ maxima & maritima, ad Australem plagam, quæ suum insulæ indidit nomen, vide supra Lesbos.
- Mitylenæus* præfatæ urbis accolæ.
- Mizpa*, vide *Maspa*.
- Mizpa* pag. 26. in vulg. editione Judic. 10. versu 17. Maspha apud Septuaginta Interpretes *εἰς τὴν ἀκοῖαν* alii codices vocem retinent Hebraicam, quæ speculam significat; civitas tribus Gad, in Galaatide regione.
- Mizpa* pag. 36. col. 1. quæ Mispa Beniamitarum pag. 74. f. eadem quæ Maspha, de qua supra.
- Moab* pagina 38. col. 2. f. desertum Moab. pag. 19. campestris Moabitarum p. 20. Moabitarum vallis p. 19. Regnum erat, ubi postea tribus Ruben, torrente Arnon ab ortu, quo ab Amorrhæis fecerentur; Jordane fluvio ab occasu conclusum, ab Austro ad desertum usque protensum.
- Moabite* pag. 18. m. incolæ hujusce regionis; cujus urbes Moabiticæ sunt dictæ.
- Modin* p. 327. f. & Modinensis urbs. civitas in tribu Dan, in qua sepulchra Machabæorum, & marmoreæ Pyramides prælatæ, in monte sita juxta torrentem, qui apud Secronam effunditur, ut observat Zieglerus.
- Mæotis* palus sive Mæotica palus pag. 64. & p. 392. lacus; potius Mæotis, vetus mare Sarmatiæ inter Europam & Asiam, cui Sarmatia Europæa ad occasum, & Sarmatia Asiatica ad ortum, ad meridiem Pontus Euxinus, cui Bosphoro Cimmetio jungitur; ab incolis *Temerinda* vocatur; id est maris mater: illius etenim aquæ in Pontum Euxinum defluunt; Euxini in Ægæum sive mediterraneum, mediterranei per Gaditanum fretum in Oceanum Atlanticum; hodie vulgo vocatur Mare de Zabache sive Mare de Tana.
- Moeris* stagnum pag. 61. sive lacus in Ægypto inferiori, à Mareotide divertus, cui est ad Austrum, inter Mareotidem Nomum ad Aquilonem & Oasitem minorem ad meridiem, à Memphi civitate 72. millia passuum distans versus occasum, de eo Ptolemæus Geogr. lib. 4. cap. 5.
- Moesia* pag. 412. ibi sermo est de minoris Asiæ Mysia, vide infra hoc verbo.
- Molossi* pag. 271. populi cujus regio Epiri pars, & Molossia dicta; quibus ad Septentrionem contermini erant Dolopes, ad Orientem Athamanes, ad meridiem Amphilochi, quibus juncti erant; & ad Occidentem Cassiopia: hodie vulgo ut Pinerus ait *Pandossia*.
- Momemphis* pag. 62. urbs Ægypti, de qua Stephanus Herodotum citans lib. 2. sed ibi tum cap. 153. tum 163. de Memphi tantum est sermo. de Momemphi nihil Ptolemæus, de ea tamen Strabo lib. 17. pag. 552. ubi illam à Memphi distinguit, & circa Nitriæ montem & Mareotidem lacum collocare videtur.
- Mopsuestia* p. 386. urbs Ciliciæ, in mediterraneis ad Mopsium fluvium, eam ad Pyramum amnem collocat Stephanus Byzantius.
- Mopsuestiani* ejusdem urbis accolæ.
- Mora* Quercus pag. 4. f. sive Therebintus, sive Quercus Sichein, in suburbano rure urbis Sichein, extabat ætate S. Hieronymi, vide infra Sichein.
- Morasbitæ* pag. 48. col. 1. f. de Morasbi, vicus erat in tribu Juda, juxta Eleutheropolim versus Orientem, ut asserit S. Hieronymus.
- Morgantina* pag. 371. f. Morgentia & Morgantium, urbs Siciliæ insulæ mediterranea, ad Symetum amnem, inter Leontinos ad Austrum & Catanam urbem ad Aquilonem, circa locum qui nunc *Anastasia*, sicut annis *Jaretta* dictus.
- Moschi* p. 442. f. quorum regio Moschica p. 486. m. ad Phasis fluvii fontes, inter Colchidem, Iberiam, & Armeniam.
- Mosera* pag. 18. f. erat cacumen montis Hor, de quo supra, in deserto, ubi Aaron mortuus est & sepultus.
- Moseroth* pag. 16. f. mansio vigesima-septima filiorum Israël in deserto, inter Hefmona & Benejacan, quam non recte cum præcedenti Mosera confundit Adrichomius.
- Mosthene* pag. 614. m. & Mosthene urbs Lydiæ, cujus populi *ibid.* Mostheni dicti; ponitur intra annes Hermum & Caicum.
- Mosynaci* pagina 133. populi Ponti Cappadocii, ad Pontum Euxinum inter Sidenos ad occasum, & Calybes ad ortum.
- Munda* pagina 398. urbs Hispaniæ Bæticæ, quam Strabo lib. 3. pag. 97. dicit fuisse veluti aliarum urbium metropolim, exiisa; quidam opinantur fuisse ubi nunc *Monda* in Andalusia, alii urbem esse, quæ nunc *Ronda* sive *Runda la Vieja*.
- Mundensis* pugna pag. 484. ad Mundam urbem prælaudatam.
- Munichia* pag. 249. f. & Munichianum præsidium pag. 235. unus erat è portibus urbis Athenarum & magis ad orientem, in sinu Saronico, cujus amplam descriptionem dat Strabo lib. 9. pag. 272.
- Muris* pag. 587. de hoc loco sic Strabo lib. 17. pag. 560. non procul a Berenice *ἢ τῆς Μυδῶν ἡμεῖς πάλαι, εἰς*



# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Muris Statio*, urbs habens portum & navale, ad sinum Arabicum, in Ægypto superiori.
- Murus Camelorum* pag. 228. f. locus Ægypti inferioris intra Delta, ut videtur, inter Alexandriam & Memphim.
- Musicanus* urbs pag. 205. Musicanus rex erat, cujus Regnum sive terra, ut ait Strabo lib. 15. pag. 275. in India erat ad Australiores Indi fluminis partes.
- Mutina* pag. 517. urbs olim Æmilie, quæ nunc *Motidena*, sui Ducatus cognominis caput, super Stradellam fluvium.
- Mutinenses* ejusdem urbis incolæ.
- Mycale* pag. 94. m. vide Micalæ.
- Mygdonia* pag. 278. & Mygdonica regio p. 429. m. Regio circa Nisibin Mesopotamie civitatem, de qua infra.
- Mylassa* pag. 94. urbs Carie nobilissima in mediterraneis, prope montem sita, de qua fusc Strabo lib. 14. pag. 455. hodie vulgo *Milasso* aut *Messi*.
- Mylasenses* prælaudatæ urbis cives pag. 288.
- Mylis* pag. 161. magna Phrygie regio.
- Mylis* pag. 280. f. urbs Caralie in Asia minori, quæ etiam Milyas dicta;
- Myndus* pag. 162. m. urbs Carie maritima, in Mari Egæo, ad sinum Jassicum, quam hodie *Mentesæ* appellatam asserit Leunclavius.
- Myndia* pag. 286. m. regio Carie circa Myndum.
- Myndii* præfata urbis incolæ.
- Myonesus* pag. 114. m. & Myonesus pag. 297. Teiorum promontorium; & urbs Ionia in Asia minori, inter Teium & Lebedum, in sinu Smyræo.
- Myra* pag. 391. m. quæ & Myrthæa, urbs Lycie metropolis, apud Limyrum fluvium, viginti stadiis à littore distans, mediterranea, vulgo *Sirumita*.
- Myrenses* pag. 530. f. hujusce urbis cives.
- Myrcinus* urbs Edonum pag. 93. f. & 94. in Macedonia seu potius Thracie confinis, ad Strymonis fluvii ripam dextram, quam non diversam faciunt ab Amphipoli, de qua supra.
- Myrina* pag. 134. f. & 290. m. urbs Æolidis in Asia minori, quæ & Myrrhina, nec non Sebastopolis; hodie *Marhani* dictam refert Leunclavius, Pergamo erat ad meridiem.
- Mysia* pag. 80. f. quæ etiam Moesia pag. 412. Asiae minoris regio, in duas divisa; in minorem sive Helleponticam, quæ ad Hellepontum, Troadem habentem ad Austrum; & in majorem, quæ pag. 302. m. ad Olympum dicitur sive Olympenica, ubi Olympeni; quæ Mysia minore & Troade ab occasu, Bithynia ab ortu, & Asia proprie dicta ab Austro concluditur.
- Mysi* pag. 77. f. & Mysi Asiani pag. 569. ejusdem regionis indigenæ.
- Mytilena* pag. 94. vide Mitylena.
- Mysus* pag. 92. m. & pag. 107. urbs Ionia in Carie confinibus, ad Mæandri fluminis ostia, quam Strabo lib. 14. pag. 437. dicit fuisse unam ex duodecim urbibus Ioniae; sed à civibus derelictam unitam fuisse proximæ Mileto civitati.
- N.**
- Naballo* urbs Palæstinæ pag. 441. m. una ex his, quas Alexander Jannaus Arabibus eripuerat.
- Nabataea* Arabia pag. 594. pars erat Orientalis Arabiae Petrae; cui ad Septentrionem erat tribus Gad promissionis terræ pars, ad Orientem Arabia deserta, ad Meridiem Arabia felix.
- Nabataei* Arabes, qui & Zabadaei pag. 246. m. 374. m. ejusdem regionis incolæ; In vita Marci Antonii ubi Arabiae sermo est, quam incolunt Nabataei, ad Oceanum extensæ, intelligitur ipsamet Arabia felix.
- Nadabab* pag. 347. f. in vulgata editione 1. Machab. 9. versu 37. Madaba, idem locus, qui supra Medaba.
- Nabathiel* pag. 19. m. id est Torrens Dei, inter solitudinem Matthana, & Bamoth vallem in regione Moab, in finibus tribus Ruben ad Austrum, prope Torrentem Arnon.
- Nasin* civitas pag. 623. in tribu Issachar, in finibus tribus Zabulon, quam torrens Cisson alluit ad Aquilonem, in secundo milliario montis Thabor ad meridiem, non procul à Nazareth & Endor.
- Nasin* Samaritarum vicus pag. 666. f. vide Geiman.
- Nannæ* templum pag. 373. f. in Perside.
- Napata* pag. 586. m. alias Tanape, apud Stephanum Byzantium, Napatae urbs Libyæ juxta Æthiopiam; melius, urbs Æthiopiæ sub Ægypto, regia Candacis reginæ Æthiopiæ.
- Naphthali* tribus pag. 15. f. v. Nephthali.
- Naphthalita* pag. 52. col. 2. f. populi terræ Nephthali, de qua infra.
- Narbonensis* tabula pag. 581. m. ab urbe Gallie cui nomen Narbo seu Narbona & Narbo Martius, colonia, apud Atacem fluvium; hodie vulgo *Narbonne* in Occitania inferiori.
- Narbonensis* Gallia pag. 587. vide supra Gallia Narbonensis.
- Nasamonum* regio Syrtibus vicina pag. 494. ex his verbis constat fuisse regionem maritimam Africae, inter duas Syrtis sitam, ubi hodie regnum Tripolitæum, & diversos à Nasamonibus Ptolemæi, qui eos in mediterranea Marmarica collocat.
- Naucratis* pag. 60. f. urbs Ægypti inferioris, quam Ptolemæus mediterraneam facit, ad Occidentaliorum alveum Nili, quem Agathodæmonem vocat; in Nomo Andropolite, de ea adhuc pag. 319. m.
- Naucratis* ibidem, hujusce urbis incolæ.
- Naura* sive Nautaca pag. 189. m. & pag. 185. regio Sogdianæ, quæ ad fines erat Bactrianæ regionis; in qua urbs Nautaca.
- Naxus* pag. 92. & pag. 536. insula Maris Egæi, una è Cycladibus, quæ etiam Dionysia dicta; hodie vulgo *Nicsa* & *Nacsa*.
- Naxii* pag. 106. m. ejusdem loci Insulani.
- Nazareth* pag. 598. f. in vulgata editione Nazareth, civitas Galilææ in tribu Zabulon, duabus leucis à monte Thabor, trium dierum itinere ab Hierosolyma distans, Salvatoris & Domini nostri Jesu Christi incarnatione & incolatu celeberrima.
- Nazarenus* pag. 602. f. & aliquando Nazareus prælaudatæ civitatis incolæ.
- Neandrenses* pag. 135. cives, quorum urbs Neandrus in Troade, ad Hellepontum.
- Neapolis* pag. 512. urbs Italiae maritima, quæ prius Parthenope dicta, in Campania, cum portu & sinu cognomine: nunc vulgo *Napoli*, Gallis *Naples*, in terra Laboris, & sui regni cognominis caput.
- Neapolitanus* hujusce urbis incolæ.

INDEX GEOGRAPHICVS.

- Nicopolis** pag. 669. urbs Macedoniae, in confinio Thraciae, maritima ad Strymonicum Sinum; vulgo hodie *Christopoli*.
- Nebo** mons pag. 19. m. & 21. in vulgata editione Mons Nebo; pars superior montis Abatim, in terra Moab, cujus montis Nebo cacumen Phasga vocabatur; postea in funiculo tribus Ruben.
- Neerda** pag. 655. m. urbs Babyloniae fluentis Euphratis cincta, Judaeorum Academia & proinde Syriace, quasi flumen scientiae denominata.
- Negra** aut **Hygra** pag. 586. m. vicus, qui sub Oboda est & ad mare jacet, pag. 587. dicitur vicus in Nabataeorum regno. In Arabia felici ad sinum Arabicum.
- Negar. Gozan** pag. 52. col. 2. f. in vulgata editione i. Paralip. cap. 5. v. 26. legitur in *fluvium Gozan*. videtur etiam sumi pro civitate aut pro regione fossan huic fluvio vicina; Gozan fluvius majoris Asiae in confiniis Armeniae & Mediae; qui ab occasu in Orientem aëstivum decurrens, mare Caspium ingreditur.
- Neroassum** castrum, v. Nora.
- Neronias** pag. 678. f. v. Caesarea Philippi.
- Nephele** promontorium pag. 289. f. Ciliciae aspera, è regione Cyprae insulae, inter Antiochiam ad Tragam & Seleuciam.
- Nephthali** terra pag. 36. col. 2. una è tribubus filiorum Israel ad Aquilonem sita, & Syriae vicina, cui ab ortu pars superior Jordanis fluvii, à meridie tribus Zabulon, ab occasu tribus Aser contermina erat, cujus indigenae sunt supra Naphthalitae appellati.
- Nessus** fluvius pag. 357. qui etiam Nessus dictus in Thracia, qui è Pangæo monte nascens, in ortum aëstivum decurrens, Nicopolim, ab eo ad Nessum, alluit tandem mare Aegæum ingreditur, è regione Thasi insulae.
- Nia** vicus pag. 659. f. lege Mia, etenim apud Josephum citatum lib. 20. Antiquit. cap. 1. sic legitur *ἡ ἐκείνη χώρα καλεῖται Μία*, de finibus vicus *Mia* nominati, situs erat inter Jordanem & Arabiam, nam Judaei qui trans-Jordanem & cives Philadelphenses de ejus finibus contendebant.
- Nicaea** pag. 356. urbs Bithyniae, quae prius Ancore dicta, post Antigoniam, demum Nicaea, fuit etiam Olbia nominata, ad Aescaniam paludem sita: hodie vulgo *Isnich*.
- Nicaea** pag. 197. urbs ad citeriorem Hydaspis Indiae fluminis ripam, ab Alexandro condita, ubi Indos eorumque regem Porum vicerat.
- Nicaea** pag. 191. f. urbs majoris Asiae, inter Paropamisadas & Cophenem fluvium.
- Nicatorium** mons pag. 174. in Assyria prope Arbela Assyriae urbem, sic ab Alexandro propter victoriam de Dario partam appellatus.
- Nicatorium** fanum pag. 263. f. apud Seleuciam maritimam, de qua infra, conditum.
- Nicephorium** pag. 470. urbs Mesopotamiae ad Euphratem amnem sita, quae postmodum Constantina fuit appellata; nunc vulgo *Nephrum*, ut refert Pinetus.
- Nicephorius** lucus pag. 286. m. & 350. f. juxta Pergamum sive sub Pergami manibus situs.
- Nicomedia** pag. 271. f. quae prius Astacus dicta, post à Nicomede rege ampliata & Nicomedia nuncupata, & pag. 356. m. fuit etiam Olbia dicta; in Bithynia ad Propontidem, in sinu ab ea Attaceno nominato; hodie vulgo *Comidia*, à Turcis *Nicor* & *Isingmid*, & per abbreviationem *Ismid*.
- Nicopolis** pagina 439. m. pag. 497. m. & 559. m. » à Pompeio condita, ubi Mithridatem vicerat, inter » duo flumina, quae ab uno monte diversis specubus » exoriuntur, hoc est Euphratem & Araxem, in mi- » nore Armenia posita & ex re Nicopolis appellata. Constat fontes Euphratis & Araxis in majori Armenia esse, non in minori, est tamen altera Nicopolis in minori Armenia, sed longissime ab Euphratis fontibus.
- Nicopolita** pag. 439. f. hujusce urbis cives.
- Nicopolis** pag. 565. f. in Epiri regione, quae Cassiopia dicta, ad fretum sinus Ambracii, è regione Actii promontorii, à quo vulgo Nicopolis ad Actium, à Caesare in memoriam victoriae Actiacae condita; hodie vulgo *la Prevesa*.
- Nicopolis** pag. 574. prope Alexandriam verba Strabonis refert author lib. 17. pag. illi 795. ubi 547. » exeunt per Hypodromum est Nicopolis, quae ha- » bitatur ad mare, ita ut urbe non minor censeri de- » beat, distat ab Alexandria stadiis triginta, hunc » locum Caesar Augustus ornavit quod hic praelio eos » superavit, qui cum Antonio contra ipsum exierant pag. 578. m. hanc à Caesare conditam & Nicopolis nomine donatam refert ex D.odoro.
- Nilus** fluvius pag. 17. f. Africae maximus & nobilissimus, variisque nominibus appellatus, qui ex Aethiopia veniens totam Aegyptum alluit, seseque septem ostiis in mare mediterraneum exonerat.
- Nilis** ostia pag. 170. septem ut diximus, de his fusc & scite Ptolemaeus Geogr. lib. 4. cap. 5. qui novem enumerat.
- Niliaca**, quae de Nilo tractant.
- Nimrodi** terra pag. 3. m. in vulg. editione Michaez cap. 5. versu 6. terra Nemrod; est ipsamet Babyloni-orum regio, de qua supra verbo Babylonia.
- Ninive** pag. 44. col. 2. & Nineves pag. 59. Assyriorum metropolis ad laevam Tigris fluvii, civitas magna, utpote trium dierum itinere, ipsa est Ninus apud Stephanum Byzantium; quidam hodie extinctam asserunt, alii extantem & *Mosul* appellari.
- Ninivita** & **Ninevita** praelaudata civitatis incolae.
- Ninus** pagina 171. pag. 174. 419. & pag. 664. m. *Ninos vetustissima sedes Assyria* ex his verbis constat hanc urbem à Ninive, ut diximus, non diversam.
- Niphates** pag. 173. m. mons majoris Asiae Armeniam ab Assyria separans, quem Ptolemaeus Geogr. lib. 5. cap. 13. Nymphatem vocat; pars erat Tauri montis; hodie vulgo *Curdo* appellatur.
- Nisa** sacra pag. 85. f. ex Herodoto lib. 3. cap. 97. apud quem Aethiopes Aegypto contermini, qui facram Nisam *Nisalo* incolunt.
- Nisaeus** campus pag. 216. apud quem Nisaei equi, & ex eo Nisaei Equites pag. 332. alias Pisaei. *Nisaeum* inquit Suidas locus Persidis ubi nascuntur equi celerissimi, qui vocantur Nisaei. Alii vero dicunt esse magnum Mediae campum, cui nomen est *Nisaeum* hic igitur campus Equos magnos producit, de his Strabo lib. 11. pag. 361.
- Nisaei** pag. 441. legendum haud dubie Nisyraei, id est Nisyri insulae incolae, Cois vicini, post quos statim defecere à Lacedaemoniorum partibus.

Nisibis

# INDEX GEOGRAPHICVS.

*Nisibis* pag. 429. *m.* quæ à Græcis Antiochia Mygdoniæ, siue Mygdonia est appellata, urbs Melopotamiæ versus Tigrim fluvium, ad Mygdonium fluvium interfluentem, sub Masio monte.

*Nisyrus* pag. 97. incolæ insulæ, cui nomen Nisyrus, in *Ægæo Mari*, Caria & insulæ Coö proximæ.

*No* pag. 58. *m.* in vulgata editione 4. Nahum cap. 3. versu 8. Alexandria & ex ejusdem Prophete verbis sequentibus indubium est intelligi debere de Alexandria *Ægypti* cognomento magna, de qua supra.

*Nobachus* pag. 19. *f.* v. Kenatham.

*Nola* in Campania pag. 613. Colonia olim & urbs super Clanium amnem, nunc adhuc Nola in terra Laboris.

*Nomades* pag. 585. *f.* v. Atarena regio.

*Nomades* pag. 140. *Nomadum instar* qui pecuariam vitam degentes nullam certam sedem habebant; erant hujusce vivendi generis plurimi, in variis orbis regionibus dispersi.

*Nomades Arabes* pag. 339. in vulg. edit. 2. Machab. cap. 12. versu 10. legitur tantum Arabes; vide supra hoc verbo.

*Nophus* pag. 75. *m.* vide Memphis.

*Nora* Castellum pag. 331. *f.* tempore Strabonis Neroasium dictum, in Cappadociæ & Lycaoniæ confinibus; idem Strabo lib. 12. pag. 370. in Cappadocia illud ad Taurum montem collocat.

*Norimberga* pag. 577. *f.* id est Noricorum mons; urbs Germaniæ libera, in Franconia, ad Regnitium fluvium: vulgo *Nuremberg*.

*Notium* pag. 114. & p. 297. Colophoniorum in Ionia minoris Asiæ regione oppidum, maritimum, urbi Epheso vicinum, in sinu Ionio.

*Novum Castellum* pag. 459. vide supra *κόνιν*.

*Numantini* pag. 365. *f.* ex urbe cui nomen Numantia, in Hispania olim Tarraconensi, nunc excisa. erat circa fontes Durii fluvii; ejus rudera adhuc visuntur prope Soriam urbem, in Castella veteri, in loco vulgo *Puente Garray* dicto.

*Numidiæ* pag. 316. populi Numidiz.

*Numidia* pag. 314. *m.* Africæ regio duplex, una mediterranea, quæ hodie *Biledulgerid*. altera, quæ nova nominatur, pars Africæ litoralis, inter Mauritaniam Sitifensem ad occasum, & Africæ propriæ regionem Carthaginensem ad ortum, quæ hodie Regnum est vulgo *de Constantine*. regno Tunetano ad occasum.

*Numidicus* pagina 384. *m.* qui ad Numidiam pertinet.

*Nymphaum* pag. 448. oppidum siue Castellum Tauricæ Chersonesi ad Bosphorum Cimmericum situm, Panticapæo ad meridiem.

*Nysa* pag. 192. urbs Indiæ, quam Arrianus Nysam vocat, atque inter Indum & Cophen amnes collocat, prope Merum montem, quamque à Dionysio conditam dicit, Justinus Dionysopolim, quam Ptolemæus Geogr. lib. 7. cap. 1. pag. 171. dicit etiam Nagara appellari: hodie vulgo *Nerg*.

*Nysæ*, *ibid.* prælaudatæ urbis cives.

*Nysæa* provincia *ibid.* regio circa hanc Nysam urbem.

## O.

*Oasis* pag. 86. urbs *Ægypti* superioris, quam incolabant Samii ii, qui ferebantur è tribu *Ælchtonia* esse; quam Herodotus & Duris Beatorum insulam appellavere, teste Steph. Byzantio, seu potius regionem, in qua erat urbs Oasis cum aliis duabus; quæ erant quasi insulæ in mediis arenis; hic Oasis *Avasim* etiam vocat; erat Nilo ad occasum.

*Obedis* Edomi domus pag. 29. *f.* in vulg. edit. 2. Regum cap. 6. v. 11. domus Obedom Gethæi; hæc domus erat aut in agello Hierosolymis vicino, ut putat Josephus, vel in inferiori parte civitatis Hierusalem, cujus pars superior civitas David appellabatur.

*Oboth* pag. 19. trigesima-septima statio filiorum Israel, in finibus terræ Edom, inter Phunon & Jiebarim.

*Obrina* fontes pag. 300. in finibus Pisiæ, Phrygiæ, & Galatiæ, *Obrinas* fluvius ut Plinius refert lib. 5. cap. 29. unus est è tribus fluvii, qui Apameam Phrygiæ Cibotos dictam cingentes, sese postmodum in Mæandrum amnem exonerant.

*Occidens* partes orbis; seu potius Romani Imperii versus solem Occidentem positæ.

*Oceanus* Atlanticus pag. 406. *f.* pars Oceani Occidentalis, quæ litus Africæ occidentum alluit, ubi mons Atlas, qui Oceano Atlantico nomen dedit.

*Oceanus* Indicus pag. 181. *m.* qui littora maritima Indiæ alluit, quique aliquando à Plutarcho mare magnum fuit appellatum.

*Ochus* amnis pag. 187. *f.* majoris Asiæ, qui, ut describit Ptolemæus, apud Paropamisadas nascens, ac versus Occidentem defluens, Maracanda urbem alluit & per Bactrianam, transiens, ibi Oxum fluvium ingreditur.

*Odessus* pag. 254. *f.* urbs inter Apolloniæ & Galatiæ ex adverso *Heracleæ* sita; quam Ponti urbem prope Salmydessum asserit Stephanus Byzantius, urbs erat Thraciæ ad Pontum Euxinum, quæ hodie *Varna* in Bulgaria.

*Odollanus* urbs pag. 339. *f.* quæ Odollam, Odulla, & Adulla, civitas primum Regia postea fuit tribus Juda: ætate S. Hieronymi vicus erat Adolla, ad Orientem Eleutheropoleos.

*Odryse* pag. 135. *m.* Gens Thraciæ circa Hebrum fluvium & Rhodope montem, qui mons dictus est *Odryfarum*.

*Oenandenses* pag. *f.* cives urbis, quæ Oenanda, alias Oenoanda Lyciæ mediterranea versus Aquilonem, ad confines Pamphyliæ & Lydiæ.

*Oenotria* pag. 81. hoc nomine olim tota Italia ab optimis vinis donata est; cujus tamen postea pars Oenotria dicta est; in magna Græcia, inter Lucanos & Brutios.

*Oenoparus* pag. 359. fluvius Syriæ, quem Strabo lib. 16. pag. 517. dicit fluere per Campum Antiochenum.

*Oenusa* insulæ pag. 81. in mari *Ægæo* prope Chium insulam.

*Olearum* mons pag. 582. *m.* & mons Oliveti p. 641. *f.* situs erat è regione Jerusalem, atque à civitate, alta interjacente valle Cedron, discretus, & quinque stadiis distans.

*Olympus* urbs pag. 409. in Cilicia; in mediterraneis versus Aquilonem, ad fontes Calycadri fluvii prope montem cognominem.

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Olympus* pag. 406. *m.* urbs Lyciæ olim maxima, maritima, quam solinus interisse scribit, nunc *Leville*, aliis *Aratia* dici videtur.
- Olympeni* ead. pag. 406. hujusce urbis cives.
- Olympus* mons pagina 77. *f.* & pag. 3. in Mysia Asiæ minoris regione, à quo pars, quæ ad ortum est Olympenica sive ad Olympum fuit appellata.
- Olympicus* mons sive Olympus pag. 265. *f.* in Thessalia & in Macedonia confinibus, 10. stadiorum altitudine præcellus: hodie adhuc *Olympo*, nonnulli tamen allerunt *Lacha* vocitari.
- Olympicus* Agon pag. 591. *f.* ad urbem Peloponnesi Olympiam, in Elide apud Alpheum fluvium positam.
- Olynthus* pag. 2. urbs, quam Stephanus Byzantius Thraciæ ascribit, prope Sithoniam Macedoniæ; Scylax in Periplo in Macedonia ponit, ad Pallenes promontorium, inter Pallenen & Mecybernam; locus excisus hodie *Olyntho* dictus.
- Oni* sive Heliopolitani pag. 8. *f.* vide supra Heliopolis Egypti, quæ ab Onia Judæorum Pontifice hoc nomen accepit.
- Onia* regio in Egypto pag. 499. *f.* circa præallatam Heliopolim.
- Ophir* p. 3. *m.* & 38. col. 1. *f.* in nostris tabulis Geogr. sacre Scripturæ asseruimus, Ophir esse ipsam Indiam, de qua supra; Holstenius dicit esse Indiæ locum *ovimæz*, Emporium celeberrimum Ptolemæi & Arriani.
- Opis* pag. 214. *f.* urbs ad Tigrim sita in Babyloniciæ regione; Strabo lib. 16. pag. 509. Opim pagum vocat, circumstantium locorum emporium.
- Opus* pag. 284. *m.* urbs Græciæ Locorum, ab ea, Opuntiorum, caput, quam aliqui in Bœotia reponunt; dicta quoque est Opoeis, 15. stadiis à mari, id est Euripo distabat, ut asserit Strabo lib. 9. p. 293.
- Ora* pag. 193. *m.* & *f.* Indiæ civitas ad inferiores, ut videtur Indi fluminis partes, quæ etiam dicitur Oreorum civitas pag. 210. & 211.
- Orei* ibid. & Ori pag. 214. *m.* populi Indiæ, circa urbem prælaudatam.
- Orchomeneus* pag. 395. *m.* urbs Bœoticiæ, quam alluebat Melas fluvius, paulopost Cephalum annem ingressus; Paulanias in Bœoticis pag. 310. dicit Orchomenum Minyum agnominatam; nunc tantum Castellum *Orchomeneo* dictum.
- Orcynia* pag. 231. *m.* locus Cappadociæ, ubi Eumenes ab Antigono victus.
- Orcum* pag. 284. *m.* urbs, quam Strabo describit lib. 10. pag. 307. in insula Eubœa, prius Histria dicta, super Collem apud ostia Callantis fluvii, prope montem Telethrium, atque in loco, cui nomen Drymus; erat ad litus *Ægæi* maris; nunc vulgo *Oreo*.
- Oreum* pag. 320. ex Livio lib. 44. oppidum aut locus Bœoticiæ; de quo nihil Velius.
- Oricum* p. 278. mons Assyriæ, ita Polyb. lib. 5. p. 396.
- Oriens* pag. 17. & 82. orbis partes ad solis ortum positæ, specialius pars Romani Imperii versus Orientem; proprie vero Syriæ pars Orientalis, Mesopotamiæ & Arabiæ deserta contermina.
- Orindæus* ager pag. 406. *m.* in Asia minori; videtur fuisse in Pisidia, forsan in Oroandensium territorio, de quibus infra.
- Orita* pag. 206. *m.* & 208. *f.* populi Indiæ; quibus ad Orientem erant Arbi, interfluente inter utrosque Arbi sive Arabio amne: versus occasum Carmania; littoris Oceani Indici 1800. stadiorum spatium occupantes; sic ex Nearchi relatione Strabo lib. 25. pag. 495. respondent regioni, quæ hodie *Meckeran* vocitatur.
- Ormuz*, v. Harmozia.
- Ornanis* Jebusæi area, sive Araunæ Jebusæi area p. 31. *f.* in vulg. edit. 2. Reg. 24. v. 18. in area Areuna Jebusæi & 2. Paralip. cap. 3. v. 1. in area Ornan Jebusæi; in Monte Moria, in parte Orientali civitatis Jerusalem.
- Oroandenses* pag. 300. cives urbis, quæ Oroanda, in Pisidia ita Plinius lib. 5. cap. 27. illam *Laranda* appellat Pinetus.
- Orona* pag. 402. *m.* & 441. *m.* ipsa est Oronaim Jerem. 48. v. 3. civitas Moabitarum, in Tribu Ruben, quam Josephus Arabiæ attribuit.
- Orons* fluvius pag. 250. & p. 358. *f.* & Orontes Syriæ maximus & notissimus, qui prius Typhon, Ophites, & Ladon dictus; à monte Libano profluens, & apud Eleuciam Pieriam in mare Syrium prolapsus, apud quem urbes Arethusa, Emesa, Apamea, ac tandem Antiochia magna.
- Oropus* pag. 351. *m.* urbs Bœoticiæ, in Atticiæ confinibus, inter Atticam & Tanagraeos, ad Euripum sita; hodie vulgo *Zucamini* vel *Susamino*.
- Orossus* pag. 256. urbs Syriæ maritima à solo Plutarcho nominata, in nostris ad hunc Auth. tabulis Geographicis, mendum arbitrati sumus irrepsisse in Plutarchi textum, & pro *Orossus* legendum *Pisossus*, quæ Rhossus urbs Syriæ est, inter Iffum & Seleuciam, & maritima, ut refert Strabo lib. 16. pag. 517.
- Orthosia* pag. 330. *m.* urbs Cariciæ in ejus parte Septentrionali, ad Mæandrum fluvium posita.
- Orthosia* pag. 366. *m.* civitas Phœniciæ maritima, inter Tripolim & Aradum; hodie *Tortosia*. Sanutus lib. 3. parte 14. cap. 2. dicit Tortosiam esse ipsam Antiradum, diversa tamen sunt in Ptolemæo.
- Oryba* pag. 441. *m.* urbs Palæstinæ, quam Arabibus eripuerat Alexander Jannæus.
- Ostroenus* pag. 473. *m.* ex Osiœna, quæ regio est Mesopotamiæ inter Euphratem & Chaboram fluvium, Syriæ & Commagene finitima.
- Ossadii* pag. 204. *f.* Gens Indorum libera, circa Indum annem, ut conjectari potest ex Arriano.
- Ostia* & ostium Tiberis fluvii pag. 343. *f.* urbs olim & Colonia Latii, ad Tiberis ripam sinistram & Orientalem; Ostia Tiberina dicta: nunc excisa.
- Otrya* pag. 410. *m.* quæ & Otreæ urbs, Strabo lib. 12. pag. 389. de Oppido Otryis Phrygiæ loquitur, in Bithyniæ confinio supra lacum Alcanium, de quo haud dubie hic sermo.
- Oxi* petra pag. 188. quæ in altitudinem triginta stadia eminebat, & circuitu 150. complectebatur; inter Sogdianam & Bactrianam, indubie ad lacum Oxum aut fluvium, qui
- Oxus* pag. 184. *f.* & Oxius pag. 185. *m.* majoris Asiæ fluvius, quem Strabo lib. 11. dicit à montibus Indiæ nasci, & p. 356. Oxum Bactrianos à Sogdianis separare; ab Austro in Aquilonem defluens, Hyrcanum mare versus Orientem ingrediebatur, variis hodie donatur nominibus, à quibusdam *Deiskan*, *Xa*, *Cappanach*, *Abiam*, & *Geichom*: ab Arabibus *Ghaion*, *Gihon*, & *Jihun*; regionem *Chorasana*, à *Mauranbar* dividit.
- Oxybii* Ligures pag. 351. *m.* Ligurum notitiam vide verbo Ligyes, quorum Oxybii sunt populi, putant esse regionem, quæ nunc Unhelensis principatus,

## INDEX GEOGRAPHICVS.

in ripana occidua, ad Sabaudia Ducem spectantis, cuius Caput Unelia vulgo *Oneglia*.  
*Oxydrace* pag. 191. *m.* qui & Sambestæ, dicit p. 205. idem, qui supra Malli, illos distinguit Strabo; utrique ad fontes Indi, inter ipsum & Hydaspem fluvium.

### P.

*Pachius* vicus pag. 389. *m.* Asiae minoris in Bithynia, prope Scorobam montem, Bithynorum & Ponticorum confinium.

*Pactolus* amnis pag. 93. fluvius Lydiae, qui è monte Tmolus nascens, Sardium urbis medium forum interfuit, seseque tandem in Hermium amnem exonerat.

*Peones* pag. 92. *f.* quorum regio.

*Peonia* in Thracia, ad Strymonis fluminis ripam sinistram, seu potius ad ejus ostia versus Orientem.

*Pafus* urbs pag. 93. *m.* urbs Troadis Helleponticae maritima, ad Propontidem sita, inter Lampfacum & Parium, quam Homerus *Apæson* vocat.

*Palebyblus* sive Byblus, quæ & Biblus, urbs Phœniciae maritima, apud Adonii fluvii ostia, nunc excisa: vulgo *Gibelet*.

*Palagambrium* pag. 134. *f.* prope Gambrium, de quo supra.

*Paleophasalum* p. 486. *f.* urbs Pharsalo novæ vicina, quam à nonnullis à Thebis Phthiotidis distingui, scribit Strabo lib. 9. pag. 297.

*Paleopolis* pag. 236. urbecula à Syro Agenoris filio in monte condita, in Syria supra locum, ubi postea Seleucia Pieria constructa est.

*Palesceps* pag. 107. urbs Troadis, quam Strabo lib. 13. pag. 417. dicit supra Cebrenen, in superiori montis Idae parte conditam, nunc vulgo *Elmachani*; postea ad 40. stadia in inferiori loco nova Scepsis constructa fuit.

*Palestina* pag. 6. *f.* & Palestina pag. 98. *f.* vide supra Judæa. Herodotus Palestinæ nomine maritimum Syriæ tractum, & quidquid Ægypto tenus est, intelligit.

*Palestynus* pag. 56. *f.* sive Tyrus antiqua pag. 165. *m.* & 167. in continenti à Tyro urbe, de qua infra triginta stadiis distans; ab Alexandro excisa, & postmodum, ampliata Tyro, intra ipsam conclusa.

*Pallacopa* amnis pag. 219. *m.* fluvius Babyloniae, ab Appiano Pallacotta nuncupatus, à Babylone 800. ferme stadiis distans, & in Euphratem sese exonerans.

*Pallene* pag. 102. vicus Atticæ Antiochidis tribus.

*Pallenses* ibidem, ejusdem vici incolæ.

*Palmyra* urbs pag. 537. & Palmira urbs Syriæ in Arabiae desertæ confiniis, quæ hodie vulgo *Faid* ejus regio quoque Palmyra & Palmyrena appellatur.

*Palmyreni* pag. 537. ejusdem urbis cives, qui & Adrianopolitæ dicti.

*Paltus* pag. 523. urbs Syriæ maritima; quam nonnulli Phœniciae ascribunt, inter Laodiceam & Atadum hodie *Boldo*.

*Pamphylia* pag. 61. & 97. & Pamphilia, quæ & Mopsopia, regio maritima Asiae minoris ad Austrum, inter Lyciam ad occasum & Ciliciam ad ortum, mare Pamphylum ad meridiem & Phrygiam magnam ad Boream, à qua Tauro monte submovetur: nunc Caramaniae pars Occidentior.

*Pamphylis* pag. 149. populi Pamphyliae.

*Pamphylum* mare pag. 108. pars maris Mediterraneæ Pamphyliae adjacens.

*Panda* amnis pag. 663. *f.* apud Siracos, circa Bosphorum cimmerium.

*Pandatarium* insula pag. 606. quam Strabo lib. 2. pag. 84. Pandatariam vocat, erat in mari Tyrreno, ad Campaniam vicinam pertinens, insulae Ponticae proxima versus Orientem, ea est, quæ nunc *S. Maria* appellatur.

*Paneas* pag. 289. & ibidem Panium fanum, urbs, vide Caesarea Philippi.

*Paneas* regio pag. 588. *m.* & 602. circa Paneadem urbem.

*Panius* mons pag. 589. *f.* in cuius radicibus sunt fontes Jordanis fluminis; mons altissimus & saxosus in finibus Cœlesyriae.

*Panionium* pag. 81. *m.* lucus erat & urbs Ioniae juxta Ephesum, ubi populi sacra diis suis faciebant, in litore inter Samios & Ephesios.

*Pannonia* pag. 449. Europæ regio olim Danubio ad Boream à Metanastis Jazybus; Savo fluvio ad meridiem ab Illyrico separata; inter Noricum ad Occidentem & Moesiam ad ortum contenta, nunc inferiorem Hungariam Danubio Australem, Slavoniam inter fluvios Dravum & Savum, partem etiam tum Austriae tum Styriae complectens.

*Pannonis*, hujusce regionis indigenæ pag. 265.

*Pannonicum* bellum, contra Pannonios.

*Panormus* pag. 117. *f.* locus agri Milefii, in Ionia Asiae minoris regione.

*Panticapum* pag. 248. *m.* civitas in Taurica Cherfoneo ad Bosphorum Cimmerium, quæ regnantium in Bosphoro perpetuo Regia erat, in Europâ ad ostium, ut nonnulli aiunt, Pontis; hodie *Vospero* dicta, ut asserit Marius Niger.

*Paphus* pag. 60. *f.* & Paphium urbs Cypri insulae; quæ etiam Augusta fuit nominata pag. 592. in ora occidua, ad Drapanum promontorium, à nova Papho septem millia passuum distans versus meridiem, Palespaphos hodie etiam *Paffo* dicta.

*Paphlagonia* pag. 49. col. 2. regio minoris Asiae, cui ad occasum Bithyniae pars, quæ Pontus dicta; ad Septentrionem mare Euxinum, ad Orientem Capadocia, à qua fluvio Haly secernebatur, ad meridiem Galatia, cuius etiam pars erat Septentrionalis.

*Paphlagon* & plur. num. Paphlagones, hujusce regionis incolæ.

*Papremis* pag. 109. quæ in Stephano Byzantio Paprimis, urbs Ægypti: de ea Herodotus lib. 2. cap. 59.

*Papyron* pag. 444. *f.* locus Judææ, aut circa Arabiam, nonnullis circa Jerusalem fuisse videtur.

*Para* pag. 414. locus Asiae minoris maritimus, qui ad Pontum Euxinum fuisse videtur.

*Paratacena* plur. num. pag. 336. *f.* & Paratacena pag. 190. regio Persidis circa Babyloniam, ubi Tabas oppidum fuit, pag. 179. Paritacæ.

*Paratacena* pag. 239. & Paratacenenorum regio circa Mediam, quam Ortelius eandem cum præcedenti opinatur, cum Paratacena à Stabone inter Carmaniam Persidem & Parthiam collocetur.

*Paratonium* pagina 169. *m.* & pag. 572. quæ, ut testatur Stephanus Byzantius, Ammonia vocata fuit; urbs Marmaricæ in Libya, maritima 180. millia passuum ab Alexandria versus occasum distans: hodie vulgo *Alberton*, in regno de Barca.

*Paranis*

# INDEX GEOGRAPHICVS.

*Parania* desertum pag. 15. f. in vulg. editione Num. 10. v. 12. solitudo Pharan & Num. 13. v. 27. in desertum Pharan, quod est in Cades, vocatur quoque desertum Sin, erat in terra Edom inter terram Promissionis, Arabiam, & Egyptum.

*Parapotamia* praefectura pag. 280. ad Euphratem, id est est regionis, quae circa hunc fluvium.

*Paritacene* pag. 179. & Paritaca; eadem regio, quae supra Paratacena & Parataca, cui haud dubie Babyloniam ad Austrum & Media ad Aquilonem.

*Parion* pag. 60. & Parium pag. 133. f. urbs Minoris Asiae in ora *Hellesponti* seu potius Propontidis juxta Lampfacum, versus Orientem, condita anno mundi 3296. hodie *Pario* dicta.

*Pariani* pag. 253. m. ejusdem urbis Parii incolae.

*Parus* Archilochus pag. 56. m. ex insula Paro, de qua infra, ut testatur Stephanus Byzantius, cap. *Paros*.

*Parmensis* pag. 523. ex Parma, quae Italiae urbs est, in Gallia Cispadana; Gallis *Parme* sui Parmensis ducatus caput, ad fluvium cognominem praeterfluentem.

*Paropamisadae* pag. 184. & *Paropamisadae* pag. 205. m. populi regionis quae

*Paropamisus* pag. 241. regio Majoris Asiae, quam Ptolemaeus *Paropamisum* vocat, cui Aria erat ad occidentale, ad Aquilonem *Bactriana*, ad ortum Indiae *cis Gangem*, ad Austrum *Arachosia*: hodie *Sablestan* vel *Dachá*.

*Paropamisus* pag. 184. m. *Caucasus mons*, qui à *quibusdam Paropamisus* appellatur maxime à Ptolemaeo; *Paropamisus* regioni ad Septentrionem, eam à *Bactriana* separans. Stephanus Byzantius *Paropamisum* & urbem & montem in India, ex *Apollo* doro, collocat.

*Paros* p. 92. insula maris *Aegaei* una è *Cycladibus*, & earum fertilissima & maxima, ut refert Stephanus Byzantius, apud quem *Nicanor* dicit fuisse prius, *Paetiam*, *Demetriadem*, *Zacynthum*, *Hyriam*, *Hyleellam*, *Minoam* & *Cibatinam* appellatam; insulae *Delo* ad Austrum, *Naxo* insulae vicina ad occidentale: nunc vulgo *Pario*.

*Parthasus* Xenias pag. 126. f. ex urbe *Arcadiae*, cui nomen *Parthasia*, quam *Nicanor* citatus *Parmasiam* vocat.

*Parthi* populi pag. 84. quorum regio.

*Parthia* & *Parthiense* pag. 178. & 179. regio majoris Asiae olim notissima, *Mediam* finitimam ad occidentale habens, *Persiam* ad meridiem, *Ariam* & *Bactrianam* ad ortum, *Margianam* & *Hyrcaniam* ad Aquilonem; plures complectitur hodie regiones, *Khoemus*, *Arac*, *Corasán*, &c.

*Parthicum* regnum, Romani Imperii aliquando æmulum, *Parthi* enim, quos alii confundunt cum *Persis*, ab ipsis defecere, sicut & à *Macedonibus*, & proprium statuere imperium.

*Parthieni* pag. 533. ibi hac voce intelligendi sunt *Parthi*, de quibus supra.

*Parthieni* pag. 542. m. *Gens Illyrica Epidamno* vicina prope *Macedoniam* ipsis *Austrolem*, ad *Scardum* montem, ubi gens *Pirustæ* dicta, quibus *Taulantii* ad meridiem, *Albani* ad ortum.

*Pasagarda* pag. 84. & pag. 128. quae etiam *Paslagardæ*, urbs *Persidis* à *Cyro* condita, in qua etiam ejus sepulchrum; eadem ac *Pasacarta* *Ptolemaei*; hodie vulgo *Darabegerd*, in regione cognomine, illam

Arabes *Valasegerd* vocant.

*Pasitigris* pag. 176. m. & *Pausitigris* pag. 212. ultima linea nomen ab incolis fluvio *Tigri* datum, ubi in duos divisus & postmodum in unum confluens alveum, insulam efficit. *Strabo* lib. 15. pag. 591. dicit hoc nomen à nonnullis *Tigri* amni impolitum circa ipsius ostia.

*Patara* pag. 161. & pag. 243. m. urbs *Lyciae* maritima in colle, *Xantho* urbi vicina, & ad ostia *Xanthi* fluminis *Strabo* lib. 14. pag. 458. dicit eam à *Ptolemaeo* *Philadelpho* *Armeno* *Lyciae* nominatam, priscum nihilominus retinuisse nomen; nunc adhuc *Patera* seu *Patera*.

*Pataveni* & *Patavenenses* praefatae urbis incolae.

*Patrae* pag. 564. f. urbs *Peloponnesi* in regione, quae *Achaia* dicta, ad mare *Ionium*, ad *Fauces* sinus *Cristi*: hodie *Badra*, sive *Balubathra* quod, apud *Turcas*, antiquas *Patras* significat.

*Patrosus* provincia pag. 75. m. in vulg. edit. *Jerem.* cap. 44. v. 1. terra *Phatures*; regio *Aegypti*, & ut videtur, *superioris*, *Aethiopiae* versus.

*Patala* pag. 206. f. & 207. urbs ad *Indi* fluvii partes inferiores, & pag. 208. apud quam urbem *Indus* fluvius in duos ingentes alveos divisus (quorum uterque *Indi* appellationem ad mare usque retinet) triquetra figurâ insulam efficit *Pattalenam* ab urbe denominatam *Delta Aegyptio* majorem. hanc urbem hodie *Diu* vel *Babal* appellari asserit *Pinetus*.

*Pattalenses* praefatae urbis incolae.

*Pattalena* insula pag. 207. cujus *Dynasta* *Pattalena* rex pag. 206. m. de hac jam supra; in formam trianguli, cujus latera *Indi* fluminis alvei, unum quodque 2000. stadiorum; *Basis* litus *Oceani Indici*; 1000. tantum stadiorum; ut ait *Aristobolus*, 1800 ut dicit *Arrianus*, 220. milliarium, ut scribit *Plinius*.

*Pedasa* pag. 290. m. à nonnullis *Pidosá*, urbs *Cariae* super *Halicarnassum*, ei vicina *Orientem* aetivum versus.

*Pedasenses* *Cares* pag. 94. f. & 98. urbis praedictae cives.

*Pednelissenses* pag. 280. f. cives urbis, cui nomen *Pednelissus* in *Pamphylia*, *mediterranea* versus *Pisidiam* & *Ciliciam*, quae etiam *Petnelissus*.

*Pela* pag. 118. quae & *Pele*, parva insula maris *Aegaei*, *Clazomenis* *Ioniae* minoris *Asiae* regioni obiacens, in *Smyrnae* sinu.

*Pelecas* pag. 281. mons minoris *Asiae* circa *Aolidem*, inter *Apiae* campum & *Megistum* fluvium.

*Pelius* pag. 462. mons *Thessaliae* in ejus regione, quae *Magnesia* appellatur, versus *Orientem*.

*Pella* pag. 151. m. urbs *Macedoniae* in *Botticae* regione, quae, ut refert *Stephanus Byzantius*, fuit etiam *Bunomos* & *Bunomia* nominata: vocatur nunc etiam à *Graecis* modernis τὰ Πάλααι: vulgo ab incolis *Zuebria*.

*Pella* *Syriae* pag. 258. & 260. ipsamet *Apanca* *Syriae*, quae etiam *Cherronesus* *Syriae* vide supra hoc verbo.

*Pella* pag. 450. f. 452. f. 402. & alibi passim, quae & *Pelle*, *Pellentis*, nec non *Butis* & *Berenice*, urbs trans-Jordanem in terra *Galaad* & dimidia tribu *Manalle*, una ex undecim *Toparchiis* *Judaeae*, & ordine septima in *Arabiae* confiniis, ad radices montis *Galaad*; nunc retento nomine praegrans vicus.

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Pellenensis** Dracones pag. 136. è Pellene, duæ sunt hujusce nominis urbes, una Achaïæ inter Sicyonem & Argolydis fines, quæ hodie *Taracha*, altera Laconicæ circa Megalopolim, de qua Strabo lib. 8. pag. 266.
- Peloponnesus** & Peloponnesus pag. 3. f. *Πελοπόννησος*: Pelopis regio pag. 99. f. peninsula Græciæ maxima ad Austium, quæ Apia, Pelagica, & Argos olim appellata; in sex discretæ regiones, Argolidem, Laconiam, Messeniam, Elidem, Achaïam & Arcadiam; nunc vulgo *la Morée* à Gallis appellatur.
- Peloponneses** & Peloponnesii, hujusce regionis indigenæ.
- Pelorus** amnis pag. 442. m. Iberiæ Asiaticæ, qui è Caspio monte nascens; austram versus defluit, & Argum fluvium ingressus, cum eo ad Aragam Angustias sese Cyro anni commiscet.
- Pelusium** pag. 17. f. quæ apud Septuaginta Interpretes in Ezech. cap. 30. vocatur Sain & Syene, civitas inferioris Ægypti ad ostium Nili, quod ab ea Pelusiacum dictum, quam passim ad ejus ripam sinistram, aut dextram collocant Geographi; hodie vulgo *Belbeis* vel *Belbeis*; quam aliqui Damietam interpretantur.
- Pelusiacum** ostium; pag. 62. Nili fluminis Orientalius, à prælaudata urbe sic appellatum.
- Peneus** fluvius pag. 226. & Peneus amnis pag. 488. Thessaliæ, qui ad radices Pindi montis nascens, atque ab occasu in ortum currens, sinum Thermanicum ingreditur. Eustathius in Dionysii Periegetis versum 739. asserit Peneum olim Araxem appellatum, & sua ætate, *Salabrias*: hodie adhuc *Salampria*.
- Peninsula** Syriæ pag. 260. eadem, quæ Chersonesus Syriæ, Apamea & Pella Syriæ; sic authores idem sentiunt, qui aiunt Demetrium à Seleuco in Peninsulam Syriæ, & qui in urbem Pellam Syriæ relegatum.
- Pentapolis** pag. 4. parva regio terræ Chanaan, sic dicta à quinque urbibus, Sodoma, Gomortha, Adama, Seboim, & Segor, quarum quatuor primæ igne consumptæ sunt; ubi nunc Asphaltites lacus, de quo supra.
- Pentapolitanus** ibidem, præfata regionis incolæ.
- Pentapolis** Libyæ pag. 407. f. & Pentapolitana Libyæ, regio Cyrenaicæ, quæ pars Libyæ versus occasum Libyco mari exposita, & magnæ Syriæ, sic à quinque denominata civitatibus, videlicet, Berenice, Arsinoe, Ptolemaide, Cyrene & Apollonia; vulgo *Sim*.
- Penuel** pag. 33. f. in vulg. editione 3. Reg. 12. vers. 25. Phaniel; locus ultra Jordanem in finibus Amorithæorum, contra torrentem Jaboc, in tribu Gad, ad Aquilonem; ibi postea civitas cum turre.
- Penuelita** pag. 24. f. in vulg. edit. Judic. cap. 8. v. 8. viri Phaniel, idem locus, qui supra.
- Peparethus** pag. 336. Insula Egæi Maris, Magnesiæ regionis Thessaliæ oris exposita; urbem habens cognominem; hodie vulgo *Piperi*.
- Peraa** pag. 23. f. sive terra Gileadis pag. 57. trans Jordanem pag. 605. m. regio terræ Promissionis, in tribu Gad, quæ & Toparchia, cujus longitudo ab Aquilone ad Austrum, à Pella urbe usque Macheruntem; latitudo ab occasu in ortum à Jordane usque ad Arabiam.
- Peraa** pag. 389. f. & 344. f. regio in continente Rhodiis opposita; in Caria scilicet minoris Asiæ regione.
- Peraa** Mitylenorum colonia pag. 296. f. urbs Mysiæ, in Asia minori, circa Adramyrium.
- Percote** lege Percote pag. 143. f. itaque.
- Percote** pag. 93. m. urbs Troadis ad Hellespontum, inter Abydum & Lampfacum.
- Pergamus** pag. 262. f. & 271. f. & Pergamum, urbs Mysiæ in Asia minori, prope Æolidem, quam medius præterfluit Caicus fluvius: illam fule describit Strabo lib. 13. pag. 428.
- Pergamus** Priami locus in monte situs, pag. 98. prope Ilium Troadis urbem.
- Pergamenum** regnum pagina 331. m. sic à Pergamo Mysiæ, quæ Regia erat Regum, qui fuerit Attali nuncupati.
- Perga** pag. 301. m. eadem quæ
- Perge** pag. 161. & 280. f. urbs Pamphiliæ mediterranea, ad Cestrium fluvium; hodie vulgo *Pirgi*.
- Perinthus** pag. 156. urbs Thraciæ, quæ postea Heraclea Thraciæ fuit appellata, ad Propontidem sita, inter Byzantium ad Boream & Gallipolim ad Austrum, ad Arzi fluminis ostia; hodie vulgo *Heracleia* & *Pantiro*.
- Perinthii** prælaudatæ urbis incolæ.
- Persia** pag. 4. & Persis pag. 82. regio Asiæ amplissima, inter Sufianam, ad Occidentem Parthiam ad Boream, Carmaniam ad ortum, sinumque Persicum ad meridiem contenta: hodie vulgo *Fars* sed longius olim extendebatur Persarum Imperium.
- Persæ** hujus regionis Indigenæ pag. 3. f. & p. 589.
- Persopolis** pag. 177. & Persopolitana urbs pag. 336 vide supra Elymais.
- Persicum** præsidium pag. 248. f. sive Arx in Lycia quæ militum deditione in manus Ptolemæi Lagidis venit.
- Persicus** sinus pag. 207. pars Rubri maris inter Persidem ad Boream, & Atabiam felicem ad meridiem: hodie vulgo *Gallis mer de Balsera*, aliis *del Catif*.
- Perusia** & Perusium pag. 538. m. & Perusium, sive Colonia Augusta Perusia, urbs olim Hetruriæ in monte apud Tiberim fluvium, in Umbriæ confinibus, sui territorii caput: hodie vulgo *Perugia*.
- Perusinus** ejusdem urbis incolæ.
- Pessinus** pag. 284. & pag. 461. quæ & à Sozomeno Histor. Eccl. lib. 8. cap. 17. Pissinus, urbs Galatiæ in Asia minori, apud Galatas Tolistobogios; super Gallum fluvium, ubi Sangarium flumen ingreditur; locus hodie obscurus vulgo *Possene*.
- Pessinuntii**, urbis hujusce cives.
- Petra** p. 246. m. & 441. m. civitas olim Moabitarum regio & metropolis Arabiæ, ab ea Petriæ dicta, quæ teste Josepho Hebraice *Sela*, olim *Arce*, *Arceem*, aut *Arceem*, *Archis*, postea *Recem*, *Racemme*; demum *Mozera*, & *Mons Regalis*, in confinis tribus Ruben ad Austrum, & ut ait Evangelii lib. 3. cap. 22. in ultimis oris Palæstinæ sita, in ora Lacus Asphaltidis ad ortum prope torrentem Zareth, quem habet ad Aquilonem: nunc vulgo *Krac*.
- Petra** apud Paratacas p. 189. f. vide Chorienis Petra.
- Peuceleotis** regio pag. 191. f. regio Indiæ circa Peuceleiotin civitatem.

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Peucelethi* urbs pag. 194. f. & ibidem paulo post Peucolaitis civitas, Iudæ cis Indum fluvium, & ab eo non procul posita, circa ejusdem Indi, ut videtur, originem.
- Phacium* pag. 344. f. & Phacium, oppidum Macedoniae ad Pierium montem, in Thessaliæ confiniis; unde à nonnullis Thessaliæ attribuitur.
- Phageticum* Nili fluminis ostium pag. 252. ubi Busrificus alveus sive fluvius, ex novem ostiis, quæ Ptolemæus enumerat, ab Alexandria sextus.
- Phalerus* pag. 101. m. vicus Atticæ & navale prope Athenas, in sinu Saronico & in parvo sinu à se denominato; hodie vulgo *Porto Leone*.
- Phalerus* pag. 100. è vico prælaudato.
- Phana* pag. 322. f. sive Phanza Chiorum promontorium; ad partem insulæ Australem: hodie *Capo Mastico* sive *Panale*.
- Phanagorium* pag. 448. Phanagoria & Phanagore, civitas Sarmatiæ Asiaticæ apud Bosporum Asiaticum, ad oram Corocondamis lacus, hodie, ut ait Thevetus, *Macruga*.
- Pharathon* pag. 348. in vulg. editione 1. Machab. 9. versu 50. Phara, Judic. 12. versu 15. Pharathon, civitas aut locus terræ Ephraim, in monte ipsius (ut est apud Septuaginta Interpretes) Amalech, in tribu Ephraim; eadem quæ Pirathon, de qua infra.
- Pharmacusa* insula pag. 408. maris Ægæi, ad litus Asiaticum, Mileto proxima: hodie vulgo *Farmaco* & *Parnosa*.
- Pharnacia* pag. 417. f. urbs Asiæ minoris in Ponto Cappadocio, apud Mossynæcos, Trapezo ad occidentem; nunc *Platena* ut ait Ptolemæus, vulgo *Farnace*; Strabo de ea lib. 10. pag. 378.
- Pharrasi*, vide Prasi.
- Pharfalius* pag. 263. & Pharfalia pag. 453. f. ex urbe Pharfalo Thessaliæ, in Phthiotide regione, quæ hodie *Farso* ipsi vicina erat Palæopharfalum, de qua supra.
- Pharfalica*, quæ de Pharfalia pugna tractant.
- Pharus* & *Pharus* insula maris Ægyptii pag. 109. & 261. Alexandriae adjacens ejusque portus, in qua turris præalta extructa est, ut nocturno navium cursui ignes ostenderet: distabat septem stadiis à continenti versus Aquilonem, sed factis aggeribus peninsula effecta est, & Rhacoti Alexandriae suburbio conjuncta, hodie vulgo *Pharion*.
- Phasaelus* pag. 594. f. turris urbis Hierosolymitanæ, in tertia civitatis parte, quinquaginta cubitos alta, superne in pilæ modum, ad similitudinem Phari turris Alexandrinæ.
- Phasaelum* oppidum juxta vallem Jerichuntis pag. 594. f. & Phasaelus pag. 601. m. Phaselum in tribu Ephraim, in descensu montis Ephraim, ubi torrens Carith descendit de monte.
- Phaselis* pag. 61. & pag. 108. urbs maritima Pamphiliæ, quæ teste Stephano Byzantio, prius Pityusa & postea Pharfalus: hanc Herodotus solus insulam dicit. Strabo lib. 14. pag. 458. dicit illam tres portus habere, cum lacu, eamque Lyciæ tribuit: hodie vulgo *Fionda*.
- Phaselites* pag. 152. f. & Phaselitæ pag. 107. m. ejusdem civitatis incolæ.
- Phasiæni* pag. 134. m. populi Colchidis, circa Phasim annem incolentes.
- Phasus* pag. 182. & pag. 429. f. Asiæ fluvius, qui ex Armenia Moschicis montibus nascens, ab Austro in Septentrionem per Colchidem currens; post in occidentem declinans, totamque hanc regionem alluens pluribus ostiis pontum Euxinum ingreditur; hodie vulgo *Fasso*.
- Phera* pag. 270. m. urbs Thessaliæ, in ejus parte quæ Magnesia nominatur; olim octo stadiis ab hac urbe Phærarum veterum rudera ostendebantur: illa hodie vulgo *Jenizar* aut *Sidro*.
- Phereus* pag. 164. m. præfatae urbis incolæ.
- Phicola* pag. 275. vicus Judææ, civitati Jerusalem, ut videtur, vicinus.
- Phila* pag. 322. f. & Phyla urbs Macedoniae in Pieria, ad Baphyrum fluvium, inter Dium & Tempe: hodie *Fello*.
- Phila* pag. 586. m. urbs Thebaidis sive superioris Ægypti; ad Nili fluminis ripam sinistram, de qua Ptolemæus Geogr. lib. 4. cap. 5. pag. 108.
- Philadelphia* pag. 369. pag. 444. f. & 454. urbs, quæ prius Rabba, & Rabbath filiorum Ammon, sive etiam urbs Aquarum, atque Ammon & Amman dicta, civitas Regia sed Og regis Basan & metropolis Ammonitarum, in Arabia & confiniis tribus Gad & dimidiæ tribus Manasse, à quibusdam terræ Promissionis adscribitur, ad fontes torrentis Jaboc posita: etiam hodie vulgo *Rabath*.
- Philadelphenses* prælaudatæ urbis cives.
- Philadelphia* pag. 614. m. urbs Lydiæ in Asia minori ad Tmoli montis radices, super Caystrum fluvium.
- Philadelpheni* ibid. ejusdem urbis incolæ.
- Philippi* pag. 398. m. & pag. 533. urbs Macedoniae, quæ prius Crenides, post novem viæ dicta, fuit etiam Dathus sive Datas appellata, in Thraciæ confiniis, inter Pangæum montem & oram maris Ægæi: hodie vulgo *Philippo*, eandem esse cum Philippopoli contendit Holstenius in Ortelium.
- Philippici* campi pag. 533. f. prope urbem prælaudatam, ubi Octavius Cæsar Brutum & Cassium vicit.
- Philistæi* pag. 5. & pag. 333. f. vulgo Allophyli, id est Alienigenæ, in terra Chanaan, filiorum Israël hostes infensissimi; quorum terra seu regio in longum ab occidente hyemali in Orientem æstivum porrecta, à torrente videlicet Ægypti usque Jamniam, mare magnum habebat ad Occidentem, & tribum Simeon ac tribum Dan (quæ antea fortis tribus Juda erant) ad Occidentem; eratque in quinque Satrapiis distincta, quarum Australior Gaza, dein Acalon, Azotus media, postea Accaron, tandem Geth Borealiore. Ab eis Palæstinæ nomen, sub Romanis, toti Promissionis terræ datum est.
- Philomelium* pag. 478. apud Euseb. Histor. Eccles. lib. 4. cap. 14. Philomilium, urbs Phrygiæ magnæ, haud procul à Marsyæ fontibus versus occidentem, nunc à Turcis *Aggiul Felanos* dicta.
- Philomelienses* pag. 299. f. ejusdem urbis cives.
- Philoteria* pag. 280. m. urbs Judææ ad lacum Tiberiadis sita, ita Polyb. Histor. lib. 5. pag. 413. videtur fuisse ad litus occidentum, de ea silet Adrichomius.
- Phliastus* pag. 134. m. ex Phliasia sive Phliunte urbe; Phlius itaque urbs Peloponnesi; Strabo lib. 8. pag. 263. dicit eam fuisse mediam inter urbes Sicyonem, Argos, Cleonen, & Stymphalum,



# INDEX GEOGRAPHICVS.

- velut in centro; additque Aræthyream urbem suo ævo Phlasiam dictam, in agro Phlasiæ prope Cælossa montem, post mutato loco 30. hinc Iadæis nova urbs condita, quæ Phlius fuit appellata, unde Steph. Byzant. dicit Phliantem prius Aræthyream & Arantiam nominatam: hodie vulgo *Tri* sive *Rupela*. Pineto *Fuica*.
- Phocæa** pag. 281. & pag. 296. f. urbs, quam Strabo, & post eum Stephanus Byzantius, in Ionia Asiæ minoris regione collocant, alii in Æolide, in utriusque regionis confinibus; maritima, ad ostia Hermi fluvii, in Smyrnæo sinu: hodie vulgo Italis *Fochia* *Vacchia*.
- Phocæenses** pag. 65. & pag. 81. hujusce urbis incolæ.
- Phocis** pag. 103. f. regio Græciæ, sive Achaïæ generatim sumptæ; cui ad Orientem erant Bœotia & Locri Opuntii; ad Septentrionem Locri Epicnemidii & Doris, ad Occidentem Locri Ozolæ, ad meridiem sinus Crissæus; apud ipsam erant mons Parnassus & sanum Delphicum.
- Phocenses** 265. f. Phocidis indigenæ.
- Phocicum bellum** pag. 153. in Phocide.
- Phœdria** rupes pag. 77. m. apud Delphos in Phocide Græciæ.
- Phœnice** pag. 676. f. Portus Crætæ (insulæ) respiciens ad Africum & Corum, Act. 27. versu 12; ad littus Australe & mare Libycum, partemque insulæ occidentem; erat quoque Lampei portus, cui ad Aquilonem vicina urbs Phœnix.
- Phœnicia** pagina 17. quæ & Phœnice regio & pars Syriæ, ipsam ad Aquilonem, terram Promissionis ad meridiem, mare magnum ad Occidentem habens, fluvii Chersæo à meridie, Eleuthero ab Artæos conclusa, in qua Syrophœnices & Galilæa gentium; dividitur in Phœniciam quæ maritima est & ad occasum: & in Phœniciam Libani, quæ Libaniensis Libæfæ & Libanisa dicta ad ortum.
- Phœnices** pag. 6. f. Phœnicæ populi.
- Phœnise naves** pag. 102. f. idest Phœnicum.
- Phœniciaca**, quæ de Phœnicia tractant.
- Phraates** pag. 555. m. v. Praæspa.
- Phrygia** pag. 80. m. minoris Asiæ regio gemina, videlicet.
- Phrygia major** pag. 82. quæ etiam Phrygia magna pag. 224. Bithyniæ ab Aquilone, Galatiæ ab ortu, Pamphylæ & Lyciæ ab Austro, Lydiæ & Mysiæ ab occasu confinis; dicta etiam Phrygia superior, maxime ad Austrum; fuit in Pacatianam & Salutarum divisa, & mediterranea: hodie *Besanguil*, *Chioutaie*, & *Germian*.
- Phrygia minor** pag. 224. m. & pag. 230; quæ & Hellepontica pag. 82. sive ad Hellepontum pag. 233. f. ad mare, in Hellepontum, Troadem & Mysiam dividitur: fuit etiam Epictecus, id est acquisita nominata.
- Phryx** 77. m. Phrygiæ indigena.
- Phiburis** oppidum pag. 586. f. Æthiopiæ sub Ægypto; ad sinistram sive Occidentalem Nili fluminis ripam positum. Ptolemæus Geogr. lib. 4. cap. 7. pag. 112. Phruri vocat & vicum dicit.
- Phycus** pag. 488. Cytenaicæ regionis in Libya promontorium & oppidum; prope urbem Apolloniam; de quo Ptolemæus Geogr. lib. 4. cap. 4. pag. 101. *εὐκταῖ ἀγορὴ ἢ ἑρμῖν*. Italis *Cabo de Carena*, incolis *Raxafen*, *Araz Aufen* Marmolio.
- Phyſcum** pag. 141. locus Cariæ in ejus Cherſoneſo; maritimus, ut testatur Strabo lib. 14. pag. 453. è regione insulæ Rhodi.
- Picentes** pag. 527. f. incolæ regionis Italiæ, cui nomen Picenum, cujus termini ad Occidentem Umbria, ad meridiem Sabini, ad Orientem Vestini, ad Boream mare Adriaticum; nunc potior pars Marchiæ Anconitanæ, cum parte Aprutii ulterioris.
- Pieria** 156. regio Asiæ mari mediterraneo exposita, in ejus intimo recessu, quod habet ad occasum, Ciliçiam ad Aquilonem, Syriam ad ortum, agrum Antiochenum ad meridiem.
- Pieria** pag. 447. agnomen Seleuciæ, quæ Caput est Pieriæ regionis.
- Pi-habiroth** pag. 12. f. in vulgata editione Exodi 14. versu 9. Phihahiroth; in septuaginta legitur *sub-urbium*, & Num. 33. versu 7. apud eosd. septuag. *ad os Iroth*, quarta mansio filiorum Israël in Ægypto, inter Magdalum & mare, contra Beelophon, ubi Ægyptiis urgentibus mare rubrum transierunt.
- Pimprama** pag. 198. m. urbs Indiæ apud Adraſtas, ad Indi fluminis partes superiores.
- Pinara** urbs pag. 161. urbs Lyciæ Xantho vicina, & super Cragum montem extructa, & Colonia Xanthiorum, etiam A. tymneſus dicta ut testatur Stephanus Byzantius cap. *Artymneſus*.
- Pinarus fluvius** pag. 163. m. in Cilicia, à Pyramo divertens, qui ab Aquilone ad Austrum decurrens, prope Iſſum mare mediterraneum ingreditur, à Strabone lib. 14. pag. 465. Pindus est appellatus.
- Pindenissus** pag. 481. urbs Eleuthero-cilicum in Cilicia, super Amanum montem.
- Pindenissenses** ejusdem urbis cives.
- Piræum** pag. 101. & p. 141. m. Portus civitatis Athenarum, ab ea quadraginta stadiis ad Austrum distans, cui muris jungebatur, vicus etiam erat Hippothoontidis tribus, ad Cephisi fluvii ostia Munichio vicinus versus occasum, nunc vulgo ab Italis *porto di Setines* appellatur.
- Pirathon** pag. 26. m. in vulg. editione Judic. cap. 12. versu 15. Pharathon terræ Ephraim, in monte Amalech. vide supra Pharathon.
- Pirathonita**, ibid. ejusd. loci incola.
- Pisæi** Equi, pag. 332. & Pisæa oliva pag. 611. f. vide supra Nisæus campus.
- Pisidia** pag. 97. regio minoris Asiæ, inter Phrygiam ad occasum, Galatiam ad Aquilonem, Isauriam ad ortum, & Pamphyliam (cujus etiam pars Borealior asseritur) ad meridiem, quam hodie Turcæ nominant *Versacæli*, sive *Versacili*.
- Piside** pag. 106. f. populi Pisidiæ, qui prius Solymi fuere appellati.
- Pisidium** pag. 378. lege Pisidiam; ipsa est, de qua jam sermo, Pisidia.
- Pitane** pag. 158. m. urbs Æolidis quam Strabo lib. 13. pag. 422. asserit duos habere portus; & Evenum fluvium eam mediam dividere, erat è regione insulæ Lesbos, in sinu Elaëtico.
- Pitaneus** ex Eolide pag. 275. prælaudatæ urbis incola.
- Pithomus** pagina 10. m. in vulgata editione Exodi cap. 1. versu 11. Phithom apud Septuaginta Interpretes *מִצְרַיִם*. urbs Tabernaculorum, quam ædificaverunt Pharaonis filii Israël, in Ægypto, collocatur ab Adrichomio, intra Nilum, ubi in diversis alveos dividitur.

# INDEX GEOGRAPHICVS.

**Pittacium** pag. 73. *m.* locus circa Mitylenem insula Lesbi civitatem.

**Pium** vel potius Teium ad Pontum oppidum pag. 395. *f.* in Ponto Bithyniæ Teium oppidum maritimum, inter Heracleam & Amasstrim, ad Bilis seu Bilai fluvii ostia.

**Planasia** pag. 611. insula Corsicæ propinqua, inter Corsicam & Iliam, quæ etiam Planatia, in mari Etrusco: hodie vulgo *Pianosa*.

**Plarane** pag. 397. *f.* vicus Sidoniorum, in tribu Afer.

**Plateæ & Plateæ** pag. 102. urbs Bœotiz, quam Strabo lib. 9. pag. 283. sitam dicit inter Citheronem montem & Thebas, prope viam, qua Thebis Megaram & Athenas itur; eam alluebat fluvius Alopus.

**Plateenses**, hujusce urbis incolæ.

**Plataea** pag. 63. *m.* Insula Libyæ è regione urbis, cui nomen Aziritus, de qua supra.

**Pani** pag. 165. *m.* sic passim vocantur Africani; & aliquando Punici.

**Polydori** insula pag. 122. seu potius Polydora, juxta Cyzicum urbem, in Propontide.

**Polytimetus** amnis pag. 187. apud Sogdianos, qui peragrata quadam regione sub terram se condit; diversus est à Polytimeto fluv. Ptolemæi.

**Pompeopolis** pag. 434. urbs Ciliciæ maritima, ad Latmi fluvii ostia, hoc nomine à Pompeio donata, quæ antea Solos, sive solus appellabatur: hodie vicus vulgo *Palefoli* dictus.

**Pontus** pag. 61. vide Euxinus Pontus.

**Pontus** pag. 97. regio minoris Asiæ mari Euxino apposita, inter Bithyniam ab Occidentem & Paphlagoniam ad ortum, quæ Pontus Bithyniæ dicta; est etiam Pontus regio Europæ, pars Mœsiæ inferioris mari eidem Euxino exposita; sicut etiam Asiæ minoris Pontus Galatiæ, Pontus Cappadociæ, Hellepontus &

**Pontus Polemoniæ** pag. 583. regio Minoris Asiæ ad Pontum Euxinum, inter Pontum Galatiæ ad occasum, & Pontum Cappadociæ ad ortum; pars Cappadociæ est.

**Porta Syriæ** pag. 131. *m.* quibus è Cilicia in Syriam iter aperitur, ad Amanis montis radices, ibi urbem Pieriæ sic appellatam & Amanicis portis vicinam collocat Ptolemæus Geogr. lib. 5. cap. 15. dicuntur vicissim portæ Ciliciæ.

**Posideum** pag. 244. *m.* urbs, ut ait Stephanus Byzantius inter Syriam & Asiam; Ptolemæo Geogr. lib. 5. cap. 15. Posidium, Syriæ urbs maritima inter Seleuciam Pieriam & Laodiceam Syriæ; hodie *Pualo* mercatori.

**Potamos** pag. 444. *m.* urbs, ut ex Histor. constat, superioris Syriæ & Posideo haud dubie vicina, & ea sane, quæ ad Orontis fluvii ostia apud Ptolemæum in Asiæ tabula quarta; dicitur Carum Potamos, quia forsan Carum colonia; ipsamet Seleucia Pieriæ teste Strabone lib. 16. pag. 517.

**Potana** pag. 208. *m.* urbs Indiæ ad ostia Indi fluminis Orientem versus, ad Alexandro ad lacum quemdam falsum condita; prope Pattalenam regionem; hanc cum Patala confundunt aliqui.

**Potidaea** pag. 102. *m.* & 151. *m.* vide supra Cassandrea.

**Potidaea** ibid. ejusd. urbis incolæ.

**Praaspa** pag. 551. *f.* quam auctor putat esse *Vera* Strabonis lib. 11. Medorum regia quæ à Stephano

Byzantio, Phraaspa dicta: ipsa est Phraates, quæ à Plutarcho Phraortes appellatur, urbs in Atropatena; quæ Mediæ pars est.

**Præneste** pag. 331. urbs veteris Latii, quæ, ut refert Strabo lib. 5. pag. 165. prius Polystephanus nominabatur: hodie vulgo *Palestrina* Gallis *Palestrine* 21. Milliaris Româ distans, Orientem æstivum versus.

**Præsida & Præsidi**, vide Præsidi.

**Præsi** pag. 205. *f.* populi Indiæ Brachmanis, ut videtur, versus occasum finitimi.

**Præsi** pag. 199. alias Præsidæ, Præsiæ Pharrasi & Tabræsi populi Indiæ. Strabo lib. 15. pag. 485. dicit Præsios appellatos Indiæ populos, apud quos erat urbs Palibothra; ad Gangem sita, ubi ille alium fluvium (quem Semena arbitrantur) recipit; hæc urbs hodie *Holobasi*, in magni Mogolis Imperio.

**Præsius** nomen gentile pag. 265. Brennus *Præsius Gallorum dux*, Gollur in suis collectaneis comitatus Burgundiæ vult esse *la Broie* Auctor non tanti ponderis. Strabo lib. 4. apud Ufferium pag. 187. mihi 130. Prauos sibi positionis incognitæ fatetur.

**Præmnis** pag. 586. *m.* urbs Æthiopiæ sub Ægypto, de qua Strabo lib. 17. pag. 564.

**Præmnium** præsidium pag. 588. milites, qui Præmnium præfatam custodiebant.

**Priapus** pag. 120. *f.* urbs Mysiæ in Asia minori, maritima, ad Propontidem è regio è Proconnesi insulæ: hodie vulgo *Laspi*.

**Priene** pag. 112. *f.* urbs Ioniæ in Asia minori (non Cariz) Strabo lib. 14. pag. 438. dicit à nonnullis Cadme appellatam; hodie vulgo *Palatia*.

**Prieneensis** pag. 61. & Prieneus; hujus urbis civis; inter quos Bias unus è septem sapientibus Græciæ.

**Prinassus** pag. 286. *f.* urbs Cariz sita videtur inter Jassium, Bargylia & Euromensium urbem.

**Proconnesus** pag. 121. *f.* & Proconnesus pag. 143. *f.* atque Proconnesus 557. *m.* insula in Propontide, quæ etiam, Alone, Neuris, Prochone nominata; Scylax in Periplo illam ab Elaphonefo distinguit; confundunt alii. Sita erat inter Parium & Cyzicum; hodie vulgo *Marmara* vocitatur.

**Propontis** pag. 49. col. 2. & 235. *f.* mare inter Europam & Asiam, cui Thracia ad occasum; Mysia Asiæ & Bithynia ad ortum, fretum seu Bosphorus Byzantii (quo Ponto Euxino jungitur) ad Aquilonem; Hellepontus ad meridiem (quo mari Ægæo miscetur: hodie vulgo *mare di Marmara*).

**Profaltium** flumen pag. 159. *m.* Mysiæ in Asia minori, quod ab Austro in Aquilonem fluens Propontidi miscetur, inter Lamplacium & Præsum.

**Profopitis** pag. 109. *f.* insula Nili fluvii, id est inter ejus ostia, ubi Profopites Nomus, de quo Ptolemæus Geogr. lib. 4. cap. 5. pag. 106. inter alveos sive fluvios Agathodæmonem & Pharmuthiacum.

**Prusias** vel Prusa in Bithynia condita anno mundi 3375. eadem, quæ supra Cierus.

**Prusienfes** pag. 413. hujusce urbis incolæ.

**Prutenicus** calculus pag. 101. Prutenus Prusiz indigena, quæ Poloniæ regio est, cui à Septentrione mare Balticum, ab occasu Pomerania, ab Austro Polonia inferior & Mazovia, ab ortu Lithuania & Samogitia.

**Pselcha** pagina 586. *m.* quæ & Pselcis, urbs Æthiopiæ sub Ægypto, ad sinistram & occidentem Nili

fluminis

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- fluminis ripam, de qua Ptolemæus Geogr. lib. 4. cap. 7. pag. 112.
- Psephina* turris pag. 685. f. urbis Hierosolymæ; alias Neblosa dicta 70. cubitos alta, in quarta urbis parte inter Septentrionalem & Occidentalem murum.
- Pseudostomon* pag. 251. f. ostium Nili fluminis, quod & Diolcos, inter novem, quæ recenset Ptolemæus, medium.
- Ptilucis* insula, vide Cilluta.
- Pteleum* pag. 118. urbs Ioniæ, quæ ab Ulmorum feracitate sic appellata est, ut asserit Stephanus Byzantius.
- Pteria* pag. 79. m. urbs in Cappadocia, diversa indubie à Pteria Sinopes urbe, de qua Stephanus Byzantius; nisi quis Sinopen in Cappadocia collocare tentaverit.
- Ptolemæis* pag. 56. ante Ace, & Acco & Accon, & Abiron, post Hactipos & Colonia Claudia, urbs Phœnicia in tribu Aler, maritima, excisa; nunc locus *Acra*, *Acra* & *Acra*, & *Accon*, vulgo Gallis *Saint Jean d'Acra*.
- Ptolemæicus* pag. 282. & Ptolemæidenfes pag. 341. hujus urbis cives.
- Ptolemæis* pag. 283. m. civitas Ægypti, à rosarum feracitate Rhodophoros dicta, in Arsenoite nomo, ad Nili fluminis ripam sinistram, inter eum & Moeridem lacum, quam Ptolemæus Ptolemaidam stationem vocat.
- Ptolemæis* pag. 407. f. urbs Pentapoleos Libyæ, quæ antea teste Sozomeno Barce appellabatur: hodie *Tolometta*, maritima, vide supra verbo Barcei.
- Ptolemæus* pag. 252. f. lucus in Rhodo urbe insulæ cognominis quadratus, extructa erat ad unumquodque latus porticus, ad stadii longitudinem.
- Pulchri* portus pag. 676. f. in vulg. editione Act. 27. versu 8. *Boni portus cui juxta erat civitas Thalassa*, in Creta insula, de hoc loco sic Stephanus Byzantius *κατὰ ἀρχὴν τοῦ Κρητικῶν δεῖναι τὴν ἰσοπέδον κλίμα*. situs erat ad partem insulæ Orientalem, juxta Salomonium promontorium.
- Punicum* pag. 83. f. gentile nomen, idem quod Africanum significans.
- Phunon* pag. 19. in vulg. editione Num. 33. versu 42. Phunon, trigesima sexta statio filiorum Israël, in terra Edom, ubi civitas, quæ Phænon, Phenon, & Fenon, ubi erant metalla æris Phennensia dicta.
- Pura* pag. 211. urbs Indiæ, Gedrosiorum regia.
- Putei* septem. v. infra septem Putei.
- Puteoli* pag. 468. urbs Italiæ, quæ prius Dicæarchia; in Campania; hodie Italis *Puzzuolo* Gallis *Puffole*, super Collem, prope mare Tyrthenum, in terra Laboris.
- Puteolanus* ex urbe Puteolis pag. 463. m.
- Pydna* pag. 105. m. & 257. m. urbs in Pieria regione Macedonia, ad Thermaicum sinum, paulo infra ostia Aliacmonis fluvii; hodie vulgo *Cbitro* appellatur.
- Pydnaus* pag. 175. m. hujusce urbis incola.
- Pygelenfis* & *Pygelenfis* ora Ioniæ; gentile nomen urbis, quæ Pygela in Ionia, maritima, urbi Epheso vicina versus meridiem.
- Pyle* sive angustia Ciliciæ pag. 162. m. erant prope locum castra Cyri dictum, in Cappadociæ finibus. v. supra Cyri castra.
- Pyramus* annis pag. 163. & pag. 482. fluvius Ciliciæ campestris, qui è montibus prope Cocusum nascens; totam Ciliciam ab Aquilone in Austrum peragrat, & prope Mallum urbem mare mediterraneum ingreditur, prius Leucolirus vocabatur: hodie, ut vult M. Niger, *Malmistra*.
- Pyrene* pag. 266. Montes inter Gallias ad Aquilonem & Hispaniam ad Austrum positi, ab Oceano ad mare mediterraneum; ab Occidente æstivo in Orientem hyemalem protensi, eas ab invicem distinguunt.

## Q.

- Qadi* pag. 352. in textu Græco *καάδι*, à quibusdam Cadi scribitur. urbs, ut inquit Strabo lib. 12. pag. 396. Phrygiæ Epicteti, quam Mysiæ alii adscribunt.
- Quinda* pag. 234. f. & pag. 256. f. Castellum Ciliciæ super Anchialum, ut asserit Strabo lib. 14. p. 462. *καίσα* ubi quondam *Thesauros asseruabant Macedones*. apud Plutarchum in Eumene pag. 590. *καίνδι*. ex hoc unico loco facit Ortelius; alterum perperam in Cappadocia, alterum in Cilicia collocans.

## R.

- Raamsis* alias Rameffis pag. 10. m. & Rameffes pag. 12. f. urbs inferioris Ægypti in terra Gessen, una ex urbibus Tabernaculorum, quas Pharaoni extruxerunt filii Israël, eam esse Arsenoitem civitatem dicit Zieglerus.
- Rabatamana* alias Rabbath-ben-Ammon pag. 281. urbs Arabiæ eadem quæ supra Philadelphia.
- Rabba* Ammonitarum pag. 19. f. in vulgata editione Deut. 3. v. Rabbath filiorum Ammon. & Rabba Ammonitarum metropolis pag. 30. f. ipsa est Philadelphia Arabiæ, de qua supra.
- Recepta* munitio pag. 596. Latronum receptaculum in Arabia, ab Herode dirutum.
- Ragaba* pag. 404. f. Castellum trans-Jordanem, in Gerafenorum finibus, versus Aquilonem situm, in dimidia tribu Manasse.
- Ragan* campus pag. 63. f. circa Euphratem & Tigrim & *Jadason*; constat campum hunc fuisse in Mesopotamia & Assyriæ finibus.
- Rages* pag. 56. 179. f. & 240. f. in Rages civitate Medorum, quæ posita est in monte Ecbstanis Tob. 5. versu 8. hæc civitas, teste Stephano Bizantio Capite *Ράγα*, vocabatur Europus & Arface, fuit cognominata Straboni Rageia, vulgariter *Rouffe* dictam asserit Sanutus lib. 3. parte 14. cap. 1. locus iste Raga unius diei itinere à Caspiis pylis (non iis quas supra assignavimus) distans erat.
- Rama* pag. 36. col. 1. f. civitas tribus Benjamin quam S. Hieronymus Saulis civitatem vocat, sita in colle inter Hierosolymam & Gabaa.
- Ramatha* p. 360. civitas & Toparchia tribus Ephraim, in monte Ephraim sita, in confiniis tribuum Benjamin & Dan; creditur ea quæ postea Atimathia, quæque deinde dicta fuit *Ramula*, illam in Tamnitica regione montis Ephraim juxta Diospolim asserit Zieglerus: hodie ab incolis *Gortz*.
- Rameffes*, vide Raamsis.
- Ramutha* Gileadis pag. 38. col. 1. f. in vulg. editione 3. Regum cap. 22. versu 1. Ramoth Galaad; sive

Ramoth

INDEX GEOGRAPHICVS.

- Ramoth in Galaad, quæ est in tribu Gad; Josue 13. versu 26. in Septuaginta Interpret. *ajabô* civitas confugii & Levitica; eam Josephus Ariannam & Arinnam vocat: vicus erat ætate S. Hieronymi.
- Raphai pag. 5. in vulgata editione Genes. 14. versu 5. Raphaim in *Astaroth*. & Raphæorum vallis 2. Regum 5. versu 18. vallis Raphaim; id est Gigantum; erat ab Hierusalem protensa Aquilonem versus; per tribum Benjamin usque ad Tribum Ephraim: Raphaim in *Astaroth* id est Gigantes, qui in *Astaroth*.
- Raphia. vide Raphia.
- Raphon pag. 339. m. locus trans torrentem (Jaboe ut creditur) in Galaaditide, in finibus, ut apparet, tribus Gad & dimidia tribus Manasse.
- Rechobum pag. 16. m. in vulgata editione Num. 13. versu 22. Rehob, civitas erat in tribu Aser, civitatum terræ Chanaan extrema versus Aquilonem, cui vicina erat regio Rohob.
- Raphidim pag. 13. (nomen loco inditum Meriba; & Massa) in vulgata editione Exodi 17. versu 1. Raphidim, ubi non erat aqua ad bibendum populo. undecima statio filiorum Israel in deserto, ad radices montis Orêb, inter Alus & desertum Sinai.
- Reffa pag. 540. m. & 542. f. vicus & Castellum Idumææ, forte idem locus ac Riffa, vide infra hoc verbo.
- Ruben tribus pag. 20. f. in vulgata editione Ruben, una è tribubus filiorum Israel trans Jordanem, sita in terra Moab, habens ab Aquilone tribum Gad; ab ortu & meridie Arabiam Petream; ab occasu mare mortuum & tribum Benjamin atque partem tribus Ephraim, à quibus Jordanis fluvio separabatur.
- Rhacotis pag. 169. vicus inferioris Ægypti, juxta quem condita est Alexandria magna, cujus evasit suburbium, inter eam & mare sine Pharum positum.
- Rhamanira pag. 586. populi felicis Arabiæ, quorum urbs erat Marfyabæ, ita Strabo lib. 16. pag. milii 538. apud quem legitur *idvov* *de Pausanias*.
- Rhambacia pag. 269. f. pagus Oritarum maximus, cum portu fluctibus tuto & commodo, ubi ab Alexandro urbs condita & Alexandria nominata, ad Indicum, ut constat Oceanum.
- Rhambæi Nomades pag. 508. m. populi Arabiæ desertæ, intra Euphratem habitantes. de his Strabo lib. 16. pag. 518.
- Rhaphia urbs pag. 251. m. & 281. m. quæ Cælesyriam ex Ægypto petenti post Rhinocorura occurrit prima è Syriacis; & pag. 292. f. in *Phonice* vel in Palæstina; urbs quæ Raphia, & Raphace, maritima, inter Rhinocorura & Anthedonem, in tribu Simeon.
- Rhaucus pag. 330. m. urbs Cretæ insulæ mediterranea.
- Rhaucii ibidem ejusdem urbis incolæ.
- Rhegium p. 81. urbs olim Rhegium Julium & Colonia, in Brutijs, ad fretum Siculum; hodie Italis *Regio*, incolis *Riggio* in ora Calabriae ulterioris, è regione Messanæ.
- Rhennus fluv. pag. 617. m. Germaniæ, ex Adula monte in Helvetijs, per Lacum Brigantium transiens, Galias olim à Germania sejungebat; eratque limes Romani Imperii; hic à meridie in Septentrionem decurrens, in Oceanum mutato antea nomine, in plures alveos divisus sese effundit, hodie vulgo Galis *le Rhin*.
- Rhinocorura pag. 281. f. alias Rhinocolura pag. 323. m. & Rhinocorura urbs in Ægypti & Palæstinae confinijs, maritima; quam nonnulli Ægypto tribuunt, alii Palæstinae: hanc S. Epiphanius in Parænesi; hæresi 66. asserit fuisse antea Neel appellatam: hodie vulgo *Faramida*.
- Rhodus pag. 61. urbs in Insula cognomine, quæ insula prius Ophiussa, & Athræa, & Stadia, aliisque vocata nominibus, ad Carpathium mare & oram Caria, hodie vulgo *Rhodo*, Gallis *Rhodes*.
- Rhodia pag. 50. col. 2. f. hujus tum insulæ, tum urbis incolæ.
- Rhodope pag. 408. & Rhodopa, una è sex regionibus sive partibus Thraciæ, eaque ad occasum & Australior; ab occasu Macedonia, à Septentrione Hamimonto, ab ortu Europæ (duabus alijs Thraciæ regionibus) proxima; habens ab Austro mare Ægeum, circa Hebrum fluvium posita.
- Rhodophoros pag. 283. v. Ptolemæis ad Nilum.
- Rhoetium pag. 115. Rhetium pag. 118. m. Rhoetium pag. 295. m. urbs Troadis cum promontorio cognominis & monte, ad Hellespontum; promontorium à Turcis *Peskiam* vocari tradit Leunclavius.
- Rhoetium litus pag. 121. m. in Hellesponto ad præfactum Promontorium.
- Rhyndacus amnis pag. 412. qui etiam Ryndacus; in Myfia Asiatica, quem Scylax in *Periplo* attribuit Phrygiæ (harum regionum usquam certi fines) hic ab Austro in Septentrionem decurrens, Præpontidem prope Cyzicum Orientem versus ingreditur. Plinius lib. 5. cap. 32. dicit prius Lycum appellatum; nonnulli Megistum: hodie vulgo *Lepaio*, & à Turcis *Flubad* vocari asserit Leunclavius.
- Ribla in regione Hamathæ pag. 66. f. in vulg. edit. 4. Reg. 23. versu 33. *Rebla* quæ est in terra Emath. contra fontem Daphnim; eadem est ac Reblitha; civitas inclita in tribu Nephthali, juxta Jordanem fluvium.
- Rimmon-Parez pag. 16. f. in vulg. edit. Num. 33. v. 19. Remmophares, decima sexta statio filiorum Israel in deserto; inter Rethma & Lebna, non longe à Cadesbarne.
- Riffa pag. 16. f. in vulg. edit. Num. 33. v. 21. Reffa; decima octava statio filiorum Israel in deserto, inter Lebna & Ceelatha: forsitan idem locus cum Reffa, de quo supra.
- Rithma pag. 16. in vulg. edit. Num. 33. v. 18. Rethma, apud Septuag. Interpretes *Ρεθμα*, decima quinta statio filiorum Israel in deserto, inter Hæseroth & Remmophares, in deserto Pharan juxta Cadesbarne.
- Roma pag. 49. civitas Italiæ totius orbis caput, olim in Latio, cum suburbio Vaticani in Hætruria, fluvio Tiberi interfluente, quondam Imperatorum sedes.
- Romani; hac voce, non solius civitatis, sed totius illius Imperii in historijs passim intelliguntur incolæ.
- Rubrum sive Erythræum mare pag. 12. & 94. f. vide supra Mare Rubrum.
- Ruma pag. 63. f. apud Septuaginta Interpretes *Ρουμα*. Sancto Hieronymo Duma. civitas tribus Juda.
- Ruspina pag. 506. oppidum Africae proprie dictæ maritimum, cui Adrumetum ad occasum & Ruspæ civitas ad ortum: hodie vulgo *Mahadia*.
- Ryddda pag. 441. m. quæ & Rhydda urbs Palæstinae, quam Arabibus eripuerat Alexander Jannæus.

INDEX GEOGRAPHICVS.

S.

**Saba** pag. 85. urbs Æthiopum sub Ægypto regia; ipsa est Syene & Soene, quæ teste Steph. Byzantio urbs est Ægypti & Æthiopiæ super Nilum fluvium (illam in insula Meroes collocant, de qua Strabo initio lib. 17.) quæ urbs etiam Siris; hodie *Asua* teste Zieglero dicta fuit, in Hebræo *Seveneh*.

**Sabbatio** fluvius pag. 155. m. qui etiam Sabbaticus, qui teste Josepho, eo quod septimo quolibet die fluere desisteret, sic est appellatus: ipse est qui Cantic. 4. v. 15. nominatur fons Hortorum *fluens impetu de Libano*, quia Hortos regionis irrigat; in fluvium excrescit atque Antaradum alluens, mare Syriacum ingreditur, respondet Eleuthero fluvio Ptolemæi, illum ab incolis Syriacæ *Nabro Kadiscio* id est flumen Sanctum nominari, refert Gabriel Sionita cap. 6.

**Sabraca** & **Sabraci**, v. Malli & Oxydracæ.

**Saca** pag. 99. m. & pag. 104. f. populi majoris Asiæ, quos Ptolemæus tabula 7. in Australiori Scythiæ, intra Imaum, parte collocat; cui Sogdiana ad occasum, India intra Gangem ad meridiem, quorum regio *Belor à Ger.* mercatore nunc vocatur; alii dicunt nunc esse Tartariæ magnæ populos, ubi *Chazalgia*.

**Sagalassenus** Pifidarum ager pag. 300. circa urbem Sagalassum, quæ alias Salagastus, de qua infra.

**Sais** p. 85. urbs Ægypti inferioris intra Delta. Strabo lib. 17. pag. 552. ait eam duobus Schoenis à fluvio distantem; Ptolemæus in tabulis suis eam ad secundum Nili alveum versus Occidentem, (quem vocat Pharmuciacum fluvium) collocat: creditur fuisse, quæ nunc *Sabid* vocitatur.

**Saites** pag. 47. plur. num. Saitæ pag. 10. f. ejusdem urbis Saitanæ (pag. 77.) incolæ.

**Salagastus** urbs pag. 161. quæ alias Selgestus, ac Sagalassus, urbs Lyciæ, quam aliqui Pifidis attribuent, quia erat apud Solymos, sita erat ad Limyrum fluv.

**Salamis** pag. 93. sive Salamina urbs Insulæ Cypri, quæ etiam Constantia dicta, ad Orientalem insulæ partem, excisa, locus tamen adhuc *Constantia* appellatur.

**Salaminiis** ibidem præfate urbis incolæ.

**Salamis** pag. 69. Insula, Atticæ vicina, in sinu Saronico, inter Æginam insulam & Atticam Strabo lib. 9. pag. 271. dicit eam olim pluribus nominibus donatam, dicta enim *Scyras*, *Cyrbæia*, & *Pithyssa*, &c. hodie vulgo *Coluri*.

**Salamina** pugna pag. 69. ad prælaudatam insulam, in qua Xerxes navali fuit prelio à Græcis superatus.

**Salaminia** sinus pag. 100. idem, qui Saronicus, maris Ægæi inter Atticam ad Aquilonem, & Peloponnesi Argolidem ad Austrum.

**Salem** pag. 23. rex Salem, id est, rex pacis; sive Salemmum pag. 3. cujus rex erat Melchisedech; Genes. cap. 33. v. 18. *in Salem urbem Sichimorum, qua est in terra Chanaan* eadem quæ Salim, ubi baptizabat S. Joannes. Joan. 3. civitas olim regia juxta Jordanem, non longe à Betan; id dimidia tribu Manasse quæ cis Jordanem erat.

**Salmo** pag. 676. f. seu Salmone promontorium, quod Salmonium dictum, Crete insula Orientalius.

**Salmonia** campus pag. 254. Asiæ minoris, qui ex Historia, in Bithyniæ Ponto, inter Dorylaum & Hæraclæam fuisse videtur, circa Sangarium fluvium.

**Salmus** pag. 211. f. in obliquo casu Salmuntis, urbs majoris Asiæ maritima, ad sinum Persicum, quæ in Carmania fuisse videtur.

**Salmydessus** pag. 224. urbs Europæ ad Pontum Euxinum in Thracia, quæ Salmydessus & Halmnydessus: hodie vulgo *Stagnara*.

**Salona** pag. 539. m. sive Salo & Salona olim Colonia Martia Julia Salona, urbs Dalmatiæ in Colle posita, maritima, nunc excisa, cui successit vicina Spalatenfis civitas.

**Samarita** regio pag. 36. col. 2. f. quæ Samaritis regio pag. 170. m. Palæstinæ, cujus in medio posita est, inter Judæam ad Meridiem & Galilæam ad Aquilonem; tribum Ephraim dimidiamque tribum Manasse, quæ cis Jordanem est, complectens.

**Samarita** urbs pag. 41. sive Samaritarum urbs, civitas in tribu Ephraim ab Amri rege Israel super montem Samariæ edificata & à monte Samaria dicta, atque ab eo tempore effecta regum Israel sedes, quæ etiam, teste Josepho, dista est Samaritis, Eite-nias, Marcone, & Marion; postea Sebaste, sive Augusta & à S. Hieronymo Sebastopolis, Samariæ regionis metropolis, fuit quoque Gabiniurum urbs dicta, nunc excisa.

**Sambana** pag. 215. f. locus majoris Asiæ, qui in Assyriâ fuisse videtur.

**Sambeste**, v. Oxydracæ.

**Sambulon** mons pag. 664. f. in Asia majori, circa Mesopotamiam.

**Samoga** pag. 373. m. urbs Syriæ, Palæstinæ, ut videtur, vicina.

**Samnina** pag. 515. regio olim Italiæ, cujus populi Samniti; quibus versus occasum vicini erant Peligni & Latium; Campania versus meridiem; versus ortum Hirpini & Apulia Daunia dicta, versus Septentrionem Frentani: ibi nunc Aprutium citerius, Ducatus Beneventanus, pars Comitatus Mohisensis, partes quoque Capitanatæ, Principatus Ulterioris & terræ Laboris.

**Samos** insula pag. 86. m. maris Ægæi è regione Mycales Ionæ Asiæ urbis, prius Parthenias, post Driula, postea Anthemus sive Anthemula, dein Melamphylus postremo Samos nuncupata, quam describit Strabo lib. 14. pag. 438. illam Carie vicinam dicit Stephanus Byzantius: hodie adhuc *Samo* apud Helychium dicitur.

**Samius** pag. 80. Samii insulanus, qui etiam Samiarius pag. 518.

**Samosata** pag. 545. urbs Caput Commagenes regionis in Syria; ad ripam dextram & occidentem Euphratis fluvii: hodie vulgo *Scempfat*.

**Samothrace** pag. 143. m. & Samothracia pag. 265. insula maris Ægæi Thraciæ vicina haud procul ab Hebræi fluvii ostiis, insulæ Lemno ad Septentrionem; prius fuit Dardania, postea Samos, dein Samothracia dicta: hodie vulgo *Samandrachi*.

**Samothracæ** & Samothracum gens, prædictæ insulæ insulani.

**Samphe** pag. 604. f. vicus; alias Samphe apud Stephanum Byzantium, urbs Phœnicia.

**Sampfana** pag. 365. f. v. Lamplacus.

**Sandius** collis minoris Asiæ pag. 114. m. in Caria.

**Saneges** pag. 421. m. populi ad interiora Ponti Euxini, in Colchidis parte Septentrionali; Sannigas Scythiæ populos vocat Stephanus Byzantius, quibus ab Austro & Oriente finitimi Abasgi; ad Septentrionem

Sarmatia

INDEX GEOGRAPHICVS.

- Sarmatia & mons Caucasus; ad Occidentem Hemiochi, cum quibus confunduntur, dicuntur etiam *Sagizæ* & à nonnullis *Saginzæ*.
- Sangala* pag. 98. urbs Cathæorum magna, muro & palude munita, in India, Ptolemæo *Sagala*, quæ & *Euthymedia* Geogr. lib. 7. cap. 1. pag. 171. ad *Hydaspem* fluvium.
- Sangarius* fluvius pag. 300. *m.* *Asiæ* minoris, *Sangaris* & *Coralis* aliquando dictus, qui in *Phrygiæ* & *Galatiæ* finibus enascens, sinuoso cursu per *Phrygiam* & *Galatiam*, *Bithyniam*que decurrens, sese ad finem *Mariandynum* in *Pontum Euxinum* exonerat: hodie vulgo *Sacario*.
- Saracenicæ* gens pag. 63. *m.* quæ *Saraceni* vel *Sarraceni*, populi *Arabizæ* felicitis, atque etiam *Arabizæ* *Petrææ* partem incolentes, hi prius *Ismaëlitzæ*, tanquam ab *Ismaël* descendentes: at *Agareni*, utpote filii *Agar*; sed filios *Saræ* se iactantes, sibi ipsis *Saracenorum* nomen imposuere & retinere; suis fuerunt in varias *Europæ* regiones incursionibus notissimi.
- Sardes* pag. 17. *f.* & 63. *f.* quæ etiam urbs *Sardianorum*, ac *Sardis*, quæ olim *Tarna* & *Hyde*, civitas *Lydiæ* ad *Tmolum* montem, super *Pactolum* fluvium, quam *Lydorum* Reges pro *Regia* tenuere: hodie vulgo *Sardia*.
- Sardi*, *Sardienfes*, pag. 394. *f.* & *Sardiani*, nomina gentilia præfatae urbis civium.
- Sardiana* regio pag. 138. *Asiæ* minoris circa prælaudatam civitatem.
- Sardinia* pag. 81. una è septem maioribus insulis maris mediterranei, quæ etiam *Sardo*, *Sardus*, *Sardaliotis*, & *Ichnusa* dicta, inter *Tyrrenum* mare & *Balearicum*, cui *Baleares* insulæ ad occasum, *Corsica* insula ad *Boream*, *Italia* & *Sicilia* ad *Orientem*, hodie vulgo *Sardaigne*.
- Sardoum* mare pag. 431. *f.* pars mediterranei maris, *Sardinia* Insulæ verius occasum adjacens.
- Sarmata* pag. 306. & 408. qui & *Sauromata*, incola *Sarmatiæ*, quæ regio est ultra *Pontum Euxinum* versus *Septentrionem* sita: divisa est in *Sarmatiam Europæam*, & *Sarmatiam Asiaticam*; plurimos olim, sicut etiam nunc, populos utraque complectens.
- Saronicus* sinus pag. 100. *f.* vide *Salaminiacus*.
- Saronitanus* ager pag. 651. *S.* *Hieronimus* in cap. 33. *Isayæ* asserit, *Saron* appellari omnem juxta *Joppen* *Lyddam*que regionem, in qua latissimi fertilesque campi tenduntur, in confiniis trium *Dan* & *Ephraim*, & sic allucinetur cum aliis *Usserius*, diversus est enim ager ille, à *Saron* de quo 1. *Paral.* 5. v. 16; sed alter, de quo supra locus. ibidem c. 27. v. 29. vide tabulas nostras in *facram* scripturam.
- Sarpedonis* promontorium pag. 98. *m.* ad urbem *Sarpedonem* *Thraciæ* maritimam, *Pontum Euxinum* adjacentem ad *Erigini* alias *Apollonii* fluminis ostia.
- Sarpedonium* promontorium pag. 299. *m.* ubi fanum *Apollinis Sarpedonii*; in *Cilicia*, ad ostia fluminis *Calycadni*, inter *Celenderim* ad occasum & *Zephyrium* promontorium, ipsi è regione ad ortum.
- Sarus* fluvius pag. 291. *f.* *Ciliciæ*, qui prope *Comana* *Cappadociæ* nascens atque per *Ciliciam* versus *Austrum* defluens, inter fluvios *Cydnium* & *Pyramum* mari *Cilicio* illabitur.
- Sasanda* pag. 137. *f.* Castellum *Cariæ*, à *Cauno* urbe 150. *stadis* distans, & maritimum.
- Satrapene*, v. *Sitacene*.
- Scamander* pag. 98. & pag. 592. *f.* fluvius *Troadis* circa montem *Idam*, qui ad *Ilium* fluens è regione *Tenedos* insulæ mare *Ægæum* ingreditur.
- Scamandri* campi pag. 557. *m.* circa præallatum *Scamandrum* fluvium.
- Scepsis* pag. 134. urbs nova prope *Palæscpsim*, de qua supra, condita.
- Scepsius* ejusdem urbis incola.
- Sceptruchi* pag. 645. *f.* populi *Sarmatiæ Asiaticæ*; circa *Iberiam* & *Albaniam*.
- Sciathus* pag. 320. *m.* & 536. *Insula* maris *Ægæi*, quam *Strabo* lib. 9. pag. 300. dicit esse juxta *Magnesiam* *Thessaliæ* regionem, illam *Euboeæ* attribuit *Stephanus Byzantius*; urbem habebat cognominem *Nic. Gerbelius* lib. 2. pag. 74. dicit eam ab *Apollo-nio Einalien* appellatam: hodie adhuc *Sciato*.
- Scillusis* insula, v. *Cilluta*.
- Scirus* pag. 144. insula (sicut *Lemnus* & *Imbrus* ibidem nominatæ) maris *Ægæi*. Legendum *Scyrus*, quæ ut observat *Nicol. Gerbelius* lib. 2. p. 75. sita erat inter insulas *Alonnesum*, *Lefbum*, *Euboeam*; & *Chium*, nunc vulgo ab *Italis* vocatur *l'Isola di sciro* sive *San Giorgio di sciro*.
- Scordisci* pag. 266. vide *Cordisæ*.
- Scorebas* mons pag. 389. *m.* minoris *Asiæ* *Bithynorum* & *Ponticorum* confinium: conjectat *Ortelius* esse *Orminium* montem *Ptolemæi*, utriusque etenim idem est situs.
- Scotius* mons minoris *Asiæ* pag. 432. *m.* non multo longius tribus passuum millibus à *Zela* urbe *Ponti* distans. *Zelam* collocat *Ptolemæus* in *Ponto Polemoniaco*.
- Scotussum* pag. 122. ex urbe *Scotussa* sive *Scotussa*, urbs erat, ut ait *Strabo* lib. 7. 227. *Pelagiotidis* in *Thessalia*, prope *Magnesiam*; hodie à nonnullis veteri nomine *Scotussa*, ab aliis *Licostomo* nominatur.
- Seyrus* pag. 477. *f.* legendum *Syrus* insula maris *Ægæi* una è *Cycladibus* *Delo* insulæ vicina versus *Meridicem*.
- Scythia* pag. 17. hoc nomine sæpius omnes regiones intelliguntur *Boreales* tam *Europææ* quam *Asiaticæ*; communiter tamen.
- Scythæ* Asiatici pag. 186. *m.* populi *Asiæ* ad *Septentrionem*, qui in *Scythas* intra *Imaum* montem, & *Scythas* extra *Imaum* montem dividuntur, regio est, quæ nunc *Tartaria* magna.
- Scythæ* pag. 418. *Chersonesi* incolæ. populi qui *Chersonesum* *Tauricam* incolunt, de qua supra.
- Scythæ* *Europæi* super *Bosphorum* (*Cimmerium*) pag. 188. iidem indubie, qui
- Scythæ* *Nomades* sive *pecuarii* pag. 63. *f.* hi enim in *Europa* collocantur inter *Borystenem* fluvium ad *Occidentem* & *Mæotim* paludem ad *Occidentem*, pars *Tartariæ* parvæ.
- Scythopolis* pag. 280. *m.* & *Scythopolitana* civitas, ipsa est *Bersan* etenim *Judic.* 1. v. 27. pro hoc verbo *Bersan* legitur apud *Septuag.* *Interpr.* *Βερσαν* à *Βερ* *σαν* *δὲν* *πάλαι*; fuit primo civitas *Chananæorum*, dimidiæ tribui *Manasse* cis *Jordanem* data, quæ postea *Scythopolis* dicta, à *Plinio* *Nyfa* & olim *Merchora*; erat regionis *Decapoleos* maxima, sub *Gelboe* montibus, non longe ab ora *Meridionali* lacus *Genezareth*; ad ripam occidentalem egredientis ab eo *Jordanis* fluvii, in *Galilæa*: hodie adhuc *Bersan*.

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Seythopolis* pag. 383. urbs Cœlesyriæ ultra Jordanem, ex Tabulis Ptolemæi. & Geogr. lib. 5. c. 15. p. 139. Mercator addit esse Betfan five Nylam (de qua supra) si non sit diversa; error est quoad situm in Ptolemæo.
- Sebastes* pag. 583. m. v. Samaria.
- Sebasteni*, Samariæ cives.
- Sebaste* Ciliciæ pag. 594. v. Eleusa.
- Sebastus* pag. 601. Portus civitatis Cæsareæ Palæstinae, quæ prius turris Stratonis; ab Herode constructus & sic in honorem Cæsaris appellatus Pyrao Athenarum magnitudine non inferior, & à tempestatibus tutissimus.
- Sebennytarum* Dynastia pag. 146. m. id est Sebennytres Nomus, in Aegypto inferiori intra Delta, cuius Sebennytus civitas metropolis, quibus lacum & fluvium cognomines addit Stephanus Byzantius.
- Seboim* pag. 4. una è quinque urbibus regionis Pentapoleos, quæ, igne de cælo descendente, una cum Sodomâ, Gomorrha, & Adama consumpta fuit: erat Regia & omnium Australior, in mari mortuo.
- Secoana* p. 360. Castellum Apamensium Syriæ, id est circa Apameam Syriæ, de qua supra apud Strabonem lib. 16. pag. 518. legitur *ἡ Σεκοανὴ* & in Manuscripto codice, ut notat Xilander, *ἡ Κοστανὴ* rectius legendum arbitraretur *Κοστανὴ*; de quo loco statim loquitur idem Strabo citatus.
- Seiris* montana pag. 16. f. in vulg. edit. mons Seir. & pag. 23. qui Edomææ erat terminus: montes & regio quam primo incoluerunt Horræi five Chorræi, postmodum ab Esau, qui Seir cognominabatur & filiis ejus habitati, montes Seir sunt appellati, inter Idumæam & Promissionis terram.
- Seleucia* pag. 427. & 466. & 473. quæ cognomento magna urbs Mesopotamiæ ad Tigrim fluvium contra Ctesiphontem; in ædis sancti Sadoth hæc civitas *Salec* appellatur, erat Perfarum Regia; ascriptur esse ea, quæ nunc *Bagdad* five *Bagdet* appellatur.
- Seleucia* Castellum Mesopotamiæ pag. 420. m. aut prælaudata aut.
- Seleucia* ad Zeugma (pag. 277.) quod ad Euphratem est, in Syria & Mesopotamiæ confiniis.
- Seleucia* maritima ad ostia Orontis fluvii pag. 358. f. eadem quæ Seleucia maritima pag. 261. f. & Seleucia Syriæ pag. 291. f. & simpliciter Seleucia p. 256. eadem, quæ Seleucia, quæ Pieria dicitur p. 278. f. five Seleucia Pieria p. 447. in regione Asiæ Pieria dicta, cuius est metropolis, haud procul ab Antiochia magna Occidentem æstivum versus, Strabo lib. 16. pag. 517. dicit hanc Seleuciam prius *ἡ Σελευκία* Aquæ (Potamoi) fluentia appellatam, unde constat esse urbem Potamos de qua supra; hanc nunc *Soldino* ac *Solin* vocat Marius Niger.
- Seleucis* in Palæstina pag. 454. à Pompeio condita, forsitan Seleucia, quæ trans Jordanem, in Gaulonitide & dimidiâ tribus Manasse, ad Semechonitem lacum.
- Seleucides* triremis pag. 489. m. in notis ad Plutarchum arbitrati sumus, ibi sermonem esse de Seleucia Ciliciæ, apud flumen Calycadnum, duodecim passuum millia à mari distante, quæ hodie *Selechia*.
- Selga* pag. 280. f. & pag. 293. m. quæ & Selge, urbs Pisidiæ, teste Stephano Byzantio, ad Eurymedontem fluvium; haud procul à Pamphylia.
- Selgei* pag. 161. m. &
- Selgenses* pag. 280. f. præfatæ urbis incolæ.
- Selinuntius* & *Selinuntii* pag. 76. & p. 123. m. incolæ *Selinuntis* urbis Siciliæ; Strabo lib. 6. p. 188. dicit, sua ætate hanc urbem civibus vacuum. Sita erat ad *Selinuntis* fluvii ostia, ad mare Libycum, ubi nunc *Terra di Pulici*, in valle di *Mazara*.
- Selinus* pag. 289. f. urbs Ciliciæ asperæ maritima, quæ postmodum Trajanopolis est appellata, haud procul ab Antiochia ad Tragum, occalum brumalem versus.
- Sellasia* pag. 276. & Selasia urbs Laconicæ in Peloponneso; Pausanias in Laconicis pag. 92. dicit sua ætate sola Selasiæ extare rudera.
- Selymbria* pag. 290. f. quæ & Selybria, urbs Thraciæ ad Propontidem, fuit quoque Olybria dicta, Socrates lib. 7. Hist. Eccles. cap. 35. illam Salabrium appellat; fuit postmodum Eudoxopolis nominata; hodie vulgo *Seliyve*.
- Sennaar* vallis pag. 3. five terra, pars Australior Mesopotamiæ, quæ cum Chaldæa & cum Babylonis terra plerumque confunditur.
- Senones* pag. 679. f. Populi Galliæ in Provincia Lugdunensi; hodie vulgo *le Senonais*, qui olim, in Italiam transmigrantes, Æmiliam incoluere.
- Sepharvaima* pag. 61. m. Sepharvaim, regio cum civitate regia, regio ad Chaldæam occalum; urbsque forsitan Ana aut Eva.
- Sephela* pag. 361. f. five Planities in medio tribus Ephraim, ubi urbs Adida alias Addus.
- Sepheris* mons pag. 16. f. Sepher mons aspectu decorus, ubi vigesima mansio filiorum Israël in deserto, inter Ceelatha & Arada.
- Sephoris* pag. 382. m. & 463. urbs in tribu Zabulon & in medullio Galilææ sita, quæ olim Saphorine à S. Hieronymo Diocæsarea dicta.
- Septentrio* Scythicus p. 443. partes Europæ & Asiæ ad Aquilonem, apud quas olim Scythia de qua supra.
- Sepias* pag. 99. m. Thessaliæ promontorium, in ejus parte, quæ Magnesia vocatur, ad oram Australiorem & versus Orientem, sub Pelii montis radicibus.
- Septem* putei pag. 586. locus Arabiæ felicitis, sic à re ipsa denominatus.
- Sepulchra* concupiscentium, v. supra Kibroth-Hattava.
- Sepyra* pag. 480. f. urbs apud Amanum montem, à Cicerone expugnata.
- Seriphus* p. 581. insula Saxosa maris Ægæi, quam Strabo lib. 10. pag. 334. inter Cycladas collocat, Stephanus Byzantius inter Sporadas; hodie vulgo *Sirfino* five *Serfento*.
- Sesamus* pag. 256. f. urbs Paphlagoniæ ad Pontum Euxinum, ex qua Colonia deducta fuit ad vicinæ Amastridis urbis extruccionem. Didymus apud Stephan. Byzant. Sesamum insulam esse asserit.
- Sestus* pag. 103. f. urbs Cheronesi Thraciæ, ad oram Hellepontide regione Abydi urbis, ubi fretum est angustius unde à Turcis nunc *Bogazassar* appellatur, ab Europæis vero hæc duo loca, Castella Dardanellarum.
- Shamir* pag. 25. f. in vulgata editione Judicum 10. (non 11.) versu 1. Samie montis Ephraim; civitas in tribu Ephraim.
- Sheba* pag. 3. m. ex Psalmo 72. versu 15. in vulgata editione Psalmo 71. versu 15. legitur & *dabitur ei de auro Arabia*, de qua supra.
- Shechemi* locus pag. 4. f. in vulg. edit. Genes. 12. v. 6. locus Sichem; est Sichima & Sichar, civitas tribus Ephraim.

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Ephraim, nra in monte Ephraim, quæ facta fuit refugij & Levitis data, postmodum Neapolis & Flavia Neapolis dicta, ab indigenis Marmortha, Mabortha: hodie vulgo *Pelofa* five *Naplofa*, in Samaria.
- Shecemita* & *Shecemitanus* pag. 24. & 25. ejusdem loci incolæ.
- Shenir* mons, v. Hermon.
- Shichor* Aegypti pag. 30. m. in vulg. edit. 1. Paralip. 13. v. 5. Sihor Aegypti. apud Septuaginta Interpretes tantum legitur, à *finibus Aegypti* Sihor Hebraice turbidum significat, forsan itaque à *torrente Aegypti*, usque dum ingrediaturis *Emath*.
- Shilo* & *Shilus* pag. 23. m. & *Shilon* quod pacificum significat, in vulg. edit. Josue 18. v. 1. Silo apud Septuag. Interpr. *canã*. quæ sita est ad Septentrionalem plagam viz, quæ de Bethel tendit ad *Sichimam*, & ad meridiem oppidi *Lebona*, civitas in tribu Ephraim, super montem posita, ubi diu fuit arca Domini: nunc vulgo *Rama*.
- Shinar* pag. 5. in vulg. editione Gen. 14. versu 1. rex *Sennaar*, de qua supra.
- Shittima* pag. 21. m. v. Abel Shittim.
- Shunemum* pag. 28. m. in vulg. edit. 1. Regum cap. 28. v. 4. *Sunam*. ipsa est *Sunem*, quæ etiam *Suna* & *Sula*; civitas in tribu *Issachar*, ætate S. Hieronymi *Sulem* vicus: hodie vulgo *Torondeles* & *Gabraleris*.
- Shushanchai*, v. *Sufiana*.
- Sibe* five *Sobii* pag. 201. m. *India* Populi infra *Hydaspis* fluvii in *Indum* amnem confluentiam, ut testatur *Strabo* lib. 15. pag. 482.
- Sicima* sita ad montem *Garizim*, *Samaritæ* metropolis pag. 168. m. eadem, quæ *Shecemum*, de qua supra.
- Sichem* & *Sichemum* pag. 33. m. *Sichemitanus* urbs pag. 8. m. *Sichimorum* urbs pag. 23. m. vide supra *Shecemi* locus.
- Sichemita* pag. 25. ejusd. loci incolæ.
- Sichemitanus* ager, circa eundem locum.
- Sicilia* pag. 76. *Mediterranei* maris maxima insula, quæ etiam *Sicania*, à tribus Promontoriis *Trinacria*, à formâ triangulati *Triquetra* appellata; cui *Sardinia* insula ad occasum, *Peloponnesus* ad ortu; *Italia* ad Septentrionem, *Africa* ad Meridiem; nunc in tres regiones seu valles divisa; quarum una *valle di Demona* ad Aquilonem, altera *valle di Noto* ad Austrum, tertia *valle di Mazara* ad Occidentem.
- Siculus* pag. 7. *Siciliæ* insulanus.
- Siculum* fretum pag. 344. ad *Pelorum* promontorium inter *Messanam* *Siciliæ* & *Rhegium* *Calabriæ* urbem, *Scopulis* olim *Scylla* & *Carybdi* celebre; hodie vulgo *Italis Faro di Messina*.
- Siculum* mare pag. 431. f. pars *Mediterranei* maris, quæ lateri *Orientali* *Siciliæ* respondet, quod mare versus *Orientem* *Ionium* appellatur.
- Sicyon* pag. 538. f. urbs *Achaïæ* in *Peloponneso*. *Strabo* lib. 8. pag. 283. eam dicit prius *Agialum*, post *Meconen*, dein *Sicyonem* appellatam, *Telchinia* nomen addit *Stephanus Byzantius*; sita erat super collem, 20. circiter stadiis à sinu *Corinthiaco* distans; situm postea mutavit & nomen, nam à *Demetrio* fuit *Demetrias* appellata.
- Sicyonii* pag. 5. f. prælaudatæ urbis incolæ.
- Sida* pag. 296. f. promontorium *Pamphylia* ubi.
- Sida* pag. 482. & *Side* urbs *Pamphylia* in *Asia* minori, apud confinia *Ciliciæ*, maritima, ad *Eurymedontis* fluvii ostia; hodie vulgo *Candelora*.
- Sidenfes* pag. 357. m. ejusdem urbis cives.
- Siddimorum* vallis pag. 5. in vulg. edit. *Genesis* 14. versu 3. legitur *vallis Silvestris*, qua nunc est *mare Salis*, vallis *Salis*, apud *Septuaginta* Interpretes; in agro *Sodomorum*, ubi putei *Bituminis*, vide *Alphalitis* lacus.
- Sidon* pag. 56. f. civitas olim *Chananeorum* regia, postea in tribu *Afer*, celeberrimum *Phœnicis* emporium, maritima, quæ corrupte *Sydon*; nunc fere excisa, vulgo *Said* vel *Seyde* quam sua ætate anno 1310. *Sageta* nuncupatam asserit *Sanutus* lib. 3. parte 14. cap. 2.
- Sidonii* pag. 74. & 98. præallatæ urbis incolæ.
- Sigeum* pag. 101. f. & pag. 322. f.
- Sigeum* pag. 153. m. & 73. m. urbs & promontorium *Troadis* ad mare *Ægæum*; prope *Ilium* vetus excujus ruderibus constructa fertur, cui est ad *Aquilonem*: hodie urbs vulgo *Jannizari* & promontorium *Capo Jannizari*.
- Silphius* mons pag. 256. qui & *Silpius* & *Siltius*, è regione *Antiochiæ*, in *Syria*.
- Simeonis* tribus pag. 64. f. una ex tribubus filiorum *Israël*, cujus civitates omnes è tribu *Juda* fuerunt excerptæ, quam habebat ad *Orientem* *conterminam*, *Idumæam* ad meridiem, *Philistinorum* terram ad *Occidentem*, *tribum Dan* & partem tribus *Juda* ad *Aquilonem*.
- Sinna* pag. 447. munitio & receptaculum latronum in monte *Libano*, *Syria*, ut refert *Strabo* lib. 16. p. 520.
- Sinis* desertum pag. 13. quod est inter *Elima* & *Sinai*, quod desertum idem est ac desertum *Cades*, & desertum *Pharan*, de quo supra, octava mansio filiorum *Israël* inter mare *Rubrum* & *Dophca*.
- Sinai* pag. 13. & pag. 14. m. mons *Sinai*, qui & mons *Sanctus* dicitur, in *Arabia Petraea*, cujus pars five jugum erat mons *Oreb*: hodie vulgo mons *S. Catharinae*;
- Sinai* desertum pag. 13. m. circa montem *Sinai* & divertsum à deserto *Sin*, sicut pars à toto.
- Sindomana* vel *Sindonalia* pag. 205. f. urbs *Imperii* *Brachmanum* caput, de quibus supra.
- Sinnaca* pag. 475. f. urbs *Mesopotamiæ* circa urbem *Carras*, ubi pariter loca montola *ra Sinaca* dicta, *Strabo* lib. 16. pag. 514. eadem etiam. *Synaca* pag. 474. f.
- Sinorex*, *Sinoria*, & *Synoria* pag. 439. m. v. *Inora*.
- Sinope*, vide infra *Synope*.
- Sion* arx pag. 29. f. quæ pariter urbs *Davidis*, in monte *Sion* pag. 33. f. in *Australi* parte civitatis *Jerusalem*, cujus nunc tantum rudera monstrantur.
- Sion* mons pag. 20. v. *Hermon*.
- Sipus* pag. 538. f. five *Sipuntum*, *Sipontum*, *Syptus*, *Sepius*, & *Sepus*, olim *Colonia* & urbs *Apuliæ* *Daunia*, ad montis *Gargani* radices, & litus maris *Adriatici*, prope ostia *Cerbalii* fluvii: hodie vulgo *Siponto* in *Capitanata*.
- Sipylus*, vide infra *Syplus*.
- Siraci* pag. 663. f. Populi *Sarmatiæ* *Asianæ* ad *Caucasum* montem, quibus *Caucasus* est ad *Meridiem*, de his *Strabo* lib. 11. pag. 339.
- Sirbonis* palus pag. 154. m. & 467. f. apud quam *Typhonis* exhalationes; inter *Palæstinam* & *Agyptum*, prope *Casium* montem & mare *Syriacum*; quam sinum *de Teneſe* *Pinetus*, alii *Golfo di Damiatina* nuncupant, *Niger* *Stagnone*.
- Sirion* mons, v. *Hermon*.



# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Siritis* pag. 397. *m.* regio, de qua Strabo l. 6. pag. 182. & ex pagina 283. constat fuisse in Magna Græcia siue Lucania, inter Apenninum montem & sinum Tarentinum, ubi defluit *Siris*, qui nunc *Seno* fluvius: hodie in regione, quæ *Basilicata*.
- Sismithris* petra v. Choriensis.
- Sitacine* seu *Satrapene* pag. 175. &.
- Sittacene* pag. 215. *f.* regio majoris Asiæ, inter Babylo-niam & Susa, ut asserit Strabo lib. 16. pag. 512. Af-syriæ pars Australis.
- Smyrna* pag. 17. *f.* urbs Joniæ in Asia minori, maritima ad ostia Hæmi fluvii, quam, antequam à Smyrna Amazone constructa fuisset, Nauchum appellatam tradit Stephanus Byzantius: Hodie Italici plurali num. *le Smirne*, Gallis *les Smyrnes*.
- Smyrni* pag. 274. prælaudatæ urbis cives.
- Sobii* vide *Sibæ*.
- Sochos* pag. 163. locus duorum Stathmorum intervallo (idest bidui itinere) diffusus à Pyliis, quæ Assyriam siue Syriam aperiunt, videtur à Cilicia siue Syriæ portis, quæ Ciliciæ termini sunt, bidui itinere distans, in Syria.
- Sodoma* pag. 4. & *Sodomum* pag. 5. præcipua civitatum regionis Pentapoleos, quæ igne de cælo descendente consumptæ sunt, Regia erat, in Asphaltide lacu, hanc Nubiensis parte 5. clim. 3. *Sadam* appellat.
- Sodomita* pag. 4. *f.* hujuscæ civitatis incolæ.
- Sodra* vel *Sogdæ*, qui & *Massani*. quique *Scodri*, India populi ad utramque ripam Indi fluminis, versus Austrum habitantes.
- Sogdiani* pag. 171. populi Sogdianæ, quæ Majoris Asiæ regio est; ad Partes Jaxartidis fluminis superiores, cui ad Boream Scythia est; ad orientem Sacæ; ad meridiem Bactriana; ad occasum Hyrcanum mare; quæ hodie *le Mauranhabar*.
- Sogdiani* montes pag. 171. *f.* ibi dicitur Alexander inter Sogdianorum montes à Sinistrâ & Tigrim fluvium à Dextra; hinc patet non de Sogdianæ prælaudatæ montibus posse esse sermonem; sed de Zagris montibus Ptolemæi, qui Assyriam à Choromithrena & Sagartiis dividunt.
- Solos* pag. 77. *f.* *Solos* pag. 93. *m.* urbs eadem, quæ *Æpea*; de qua supra.
- Solii* pag. 77. & ibid. *Solenfes*, ejusdem urbis incolæ.
- Soli* pag. 162. *f.* & pag. 289. *f.* urbs, quæ Pompeiopolis, de qua supra.
- Solenfes* pag. 162. *f.* hujuscæ urbis cives.
- Solymi* pag. 98. *f.* hanc dictionem vult Josephus intelligi de Judæis siue Hierosolymorum incolis; alii verius de Pisidis, qui prius, ut refert Stephanus Byzantius, *Solymi* appellabantur; erantque Lyciis vicini.
- Somronis* mons pag. 37. col. 2. *m.* in vulg. editione 3. Regum 16. v. 24. Samatiæ mons, apud septuag. Interpretes *Semeton* mons, in tribu Ephraim, super quem Samaria extrocta, de qua supra.
- Sophene* pag. 422. *f.* & *Sophone* pag. 348. regio majoris Armeniæ versus Austrum, in Mesopotamiæ confinibus; quam Commagene conterminam facit Stephanus Byzantius, illam Strabo lib. 11. pag. 359. in valle sitam asserit, & Tauro monte atque Antitauro conclusam.
- Sopheni* pag. 426. hujus regionis Indigenæ.
- Sopithis* regis regnum siue Terra pag. 198. *f.* in India, prope & ultra Cathæos, de eo Strabo l. 15. p. 481.
- Soza* pag. 663. *f.* oppidum Dandariæ in Sarmatia Asiatica, de qua supra.
- Spalatenfis* civitas pag. 539. *m.* Spalatum, urbs Dalmatiæ maritima, cum portu a tempestatibus tuto, quæ vicinæ Salonæ excisa successit: hodie vulgo *Italici* Spalato, incolis siue Slavis *Split*.
- Sparta* pag. 92. *f.* vide supra Lacedæmonem.
- Spartani* pag. 92. *m.* &.
- Spartiatæ* pag. 141. *f.* v. Lacedæmonii.
- Spoletum* pag. 517. *f.* & Spoletium, Colonia olim & urbs Umbriæ apud Montium radices: nunc vulgo *Spoletum*, super *Marogia* fluvium.
- Sporades* pag. 618. *f.* insulæ maris mediterranei inter Cycladas insulas ad Septentrionem, Peloponnesum ad occidentem, mare Creticum ad Austrum; & Cariam Asiæ minoris regionem ad orientem; de quarum numero non una authorum sententia, qui Cycladam aliquas Sporadibus, Sporadam nonnullas Cycladibus annumerant.
- Stadists* pag. 586. *f.* urbs Æthiopiæ sub Ægypto, ad Nilum, ubi hic fluvius præcipitans se, fragore auditum accolis aufert; locus hic a Ptolemæo cataractes major appellatur; cui *Tasitia* urbs est ad meridiem.
- Stagirita* pag. 217. *f.* ex urbe Stagira Macedoniæ, in Amphaxitide regione; ad oram sinus Strymonici; patria Aristotelis, ipsa est *Stanceira*, de qua Ptolemæus Geogr. lib. 3. cap. 13. vocatur *Macra* à *Niceta*: hodie vulgo *Libanova*.
- Stratonice* pag. 272. *f.* & *Stratonicea* pag. 258. urbs Cariæ mediterranea, Macedonum colonia, ut refert Strabo lib. 4. pag. 454. ex quo detegitur corruptio textus in Stephano Byzantio, & cum eo dicendum, eam ab Adriano Adrianopolim nuncupatam.
- Stratoniceses* pag. 330. *m.* prælaudatæ urbis incolæ.
- Stratonice* pag. 62. locus inferioris Ægypti, sic à Castris appellatus, aliquantulum supra urbem Bubastim, & ostium Nili Pelusiacum.
- Stratopedo* pag. 592. *f.* ubi *Senatus* haberi solebat; locus apud Pergamum civitatem, in qua tunc degebat *Mithridates*.
- Strymon* fluvius pag. 92. *f.* & 314. *m.* fluvius Thraciæ, qui apud Agrianos in Rhodope, siue è *Scomio* monte (ut dicit Thucydides lib. 2. pag. 166.) nascens Amphipolim alluit, dein Eionem, a qua Eionius fuit appellatus, & *Ægæo* mari in sinu a se Strymonico illabitur. Plutarchus (qui de fluminibus) ait primo Conozum, post Palæstinum, tandem Strymonem appellatum; a quibusdam authoribus pro Thraciæ & Macedoniæ termino statuitur, ab aliis & majoris momenti hæc non admittitur sententia: hodie vulgo *Stramona*.
- Stura* pag. 209. *m.* Indi fluminis amplus alveus, à Portu centum circiter Stadiis distans, occasum versus.
- Styrensis* pag. 142. *f.* ex urbe Styra Euboicæ insulæ, ad ejus partem orientalem, prope Carystum urbem, cui est ad Austrum.
- Subagri* v. Oxydrace.
- Subota* pag. 322. *f.* Insula maris Ægæi, *Elææ* & *Atho* monti siue peninsulæ interjecta.
- Succai* pag. 34. col. 1. *f.* in vulgata editione 2. Paralip. 12. v. 3. pro *Succæis* legitur, *Troglydytæ*; de his vide infra hoc verbo.
- Sucoth* pag. 12. *f.* in vulg. editione Exodi 12. v. 37. *Socoth*, Secunda Statio filiorum Israel, ubi primum Tabernacula fixere, a quibus nomen *Socoth* accepit, in inferiori Ægypto super fluvium post Trajanum dictum, inter *Rameffe* & *Etham*.

INDEX GEOGRAPHICVS.

*Succoth* & *Succotha* pag. 8. *m.* in vulg. Edit. Gen. cap. 33. v. 17. *Socoth* locus, ubi postea civitas in Tribu Gad, apud Jordanem fluvium.  
*Succorhani* pag. 24. *f.* posterioris *Socoth* incolæ.  
*Suessanius* pag. 437. ex agro *Suessano*, in Campania Italiae, circa *Suessam* urbem cognomine *Aruncam*, quæ hodie *Sessa*, in terra *Laboris*.  
*Sugambri* v. *Oxydracæ*.  
*Sunamitis* pag. 32. ex *Sunam* alias *Sunem*; vide supra *Shunemum*.  
*Sunium* pag. 95. *f.* *Atticæ* terræ promontorium magis ad orientem atque Meridiem, in mari *Ægeo*, ubi atx & vicus *Leontidis* tribus; hodie ab *Italis* vulgo vocatur *capo delle Colonne*.  
*Suria* v. *Syria*.  
*Susan* pag. 71. *Sushan* pag. 76. *Σουσα* pag. 131. *m.* *Susa*. Urbs *Perfidis*, & *Susianæ* regionis metropolis, Regum *Perfarum* Sedes, à *Lihorum* (vernaculo idiomate *Susa* nominatorum) feracitate sic appellata, ad *Eulæum* circumfluentem fluvium. Hodie *Sus* five *Susira* vocatur.  
*Susî* præladatæ urbis incolæ.  
*Susiana* regio pag. 176. *m.* in *Perfide* cui ad ortum altera *Partis* *Perfidis*, ad meridiem sinus *Perfici*, ad occasum *Babylonicæ* Regio, ad Aquilonem *Assyria*; nomen accepit à *Susis* metropoli, cuius regionis populi *Shushanchai* pag. 79.  
*Susandrum* Castellum pag. 127. *f.* è quo *Antiochiam* ad *Antiochum* regem adducti septem fratres *Machabæi* agnominati, qui pro patriis legibus constantissime mortem oppetierunt.  
*Susia* pag. 182. *f.* urbs *Ariorum* in *Asia* majori, vide supra *Atii*.  
*Susida* pylæ pag. 176. *f.* in montibus, qui *Susianam* a *Perfide* determinant, nam, ut ait *Strabo* lib. 15. pag. 501. Inter *Susa* ac *Perfiam* montana quædam aspera & prærupta interjacent quæ angustias habent difficulter superabiles. — è *Susis* in *Perfiam* intransitibus.  
*Sycaminum* pag. 381. *f.* alias *Sicaminum* urbs *Phœnicæ* maritima, quæ etiam *Epha* dicta, in tribu *Zabulon*, inter *Carmelum* montem & *Ptolemaidâ*.  
*Sychar* pag. 621. *m.* in vulg. editione *Joan. cap. 4. v. 5.* *Sichar*, eadem quæ supra *Shechemum*.  
*Syena* *Elephantina* pag. 586. eadem quæ supra *Saba*; insulæ nomen *Elephantinæ* tribuitur.  
*Syene* pag. 76. *m.* vide supra *Saba*.  
*Syleum* pag. 299. *f.* urbs *Phrygiæ* quam, ut refert *Stephanus Byzantius*, nonnulli *Pamphylia* attribuunt.  
*Sylis*: vide infra *Tanais*.  
*Syma* pag. 118. quæ & *Syme*, insula *Cariæ* in mari *Carpathio*, inter *Rhodum* & *Cnidum*, quæ, ut asserit *Stephanus Byzantius*, primum *Metapontis*, deinde *Ægle*; hæc *Simi*; *Sophiano*.  
*Symphorium* Castellum pag. 445. *f.* quod *Syriæ* fuisse videtur.  
*Synaca* pag. 474. *f.* vide supra *Sinnaca*.  
*Synada* pag. 253. *m.* & *Synnada* pag. 300. urbs in *Parte Phrygiæ* magnæ, quæ *Pacatiana* vocatur; dicta primum *Synæa*, inquit *Stephanus Byzant.* postea, per corruptionem, *Synnada*: hodie adhuc *Sinada*.  
*Synnadensis*, ejusdem urbis incolæ.  
*Synope*, melius *Sinope* pag. 64. *f.* *Σινωπη*. Urbs *Pontis* celeberrima, in *Paphlagonia*, quam describit *Strabo* lib. 12. pag. 376. dicit que sitam in promontorio insulæ speciem præferente, cum duobus *Portibus* in utraque *Isthmi* parte: hodie vulgo *Sinopi* five *Sinobi*.

*Sinopei* p. 182. & *Sinopenes* p. 133. ejusdem urbis cives.  
*Sinopicus* pag. 421. qui ad *Sinopen* pertinet.  
*Synoria* v. *Inora*.  
*Sypylus* pag. 138. *m.* melius *Sipylus* mons sic pag. 294. *f.* & 298. in *Lydia* *Asiæ* minoris regione, haud procul a *Phrygia*, inter fluvios. *Caystrum* & *Hernum*, Hic auctore *Plutarcho* (qui de fluminibus) prius *Ceraunius* vocabatur.  
*Syracusa* pag. 116. *f.* urbs *Insulæ* *Siciliæ* maxima, prius *Ortygia* dicta, ex quinque urbibus constans, *Strabone* teste, sita erat ad oram insulæ orientalem, in loco ad modum *Peninsulæ*, prope ostia *Anapi* fluminis: hodie vulgo *Siragusa*, *Siragosa* & *Siracosa*, in *Valle Notientis di Noto*.  
*Syracusani*, hujusce civitatis incolæ.  
*Syria* pag. 6. *f.* regio olim *Asiæ* maxima, quippe quæ *Assyriam*, *Mesopotamiam*, *Babyloniam*, *Phœnicen*, & *Palestinam* complectebatur; at *Assyriâ* postmodum, *Mesopotamiâ* & *Babyloniâ* avulsis; ab *Actos Armeniam*, quæ *Amano* monte *Secernitur* ab ortu *Mesopotamiam* dividente *Euphrate* fluvio, & *Arabiam* desertam; a meridie *Arabiam* *Perthiam*; ab occasu *Ægypti* partem, *Syriacum* mare & *Ciliciam*, interjacentem *Amani* montis parte; dicitur *Suria* pag. 321. *m.* hodie *Sourie* & *Suristan* *Turciæ* *Asianæ* pars. *Nubiensis* *Sciam* appellat. in sacris *Scripturis* per *Syriam* intelligitur *Syria* a terra *Promissionis* (quæ ejus pars erat) distincta.  
*Syria*, quæ *Palestina* pag. 167. *f.* vide *Palestina*.  
*Syria Superior* pag. 241. pars *Syriæ*, quæ ad *Septentrionem* est.  
*Syria Inferior* pag. 401. *m.* pars *Syriæ*, quæ versus *Meridiem*.  
*Syria Antiochena* pag. 555. *f.* pars *Syriæ* circa *Antiochiam* magnam.  
*Syria Cœle* pag. 447. vide supra *Cælo* *Syria*.  
*Syria Cyrcætica* pag. 544. *f.* circa *Cyrum* *Syriæ* urbem regio, *Commazenæ* versus *Aquilonem* vicina; *Pieriam* habebat ad occasum, *Euphratem* amnem ad ortum, & ad *Meridiem* *Syriam* *Antiochenam*.  
*Syria Damascena* pag. 30. *m.* circa urbem *Damascum*, cuius *Indigenæ* *Syri* *Damasceni* sunt appellati.  
*Syria Zobæa* pag. 30. *m.* *Syria* circa civitatem *Soba*, sic enim in vulg. edit. 2. *Reg. cap. 10.* five *Emath* *Suba*, vide supra *Hamatha*.  
*Syri* pag. 79. *m.* sic *Cappadoces* aliquando dicti. v. *Cappadoces*.  
*Syromacedones* pag. 151. *m.* qui, è *Macedonia* oriundi, *Syriæ* facti sunt inquilini.  
*Syrophœnicia* pag. 246. regio in finibus *Syriæ* & *Phœnicæ*.  
*Syrophœnissa* *Matth. cap. 7. v. 29.* mulier è præfata regione orta.  
*Syrinx* pag. 285. *m.* porticus *Alexandriæ* *Ægyptiæ*, triplici portarum obice munita.  
*Syrtis* pag. 493. *f.* in ora litorali *Africæ*: una major pag. 63. *f.* quæ magna dicta, altera parva dicta magis ad occasum, utraque ob naufragia infamis, & navigantibus plurimum metuenda.

T.

*Tabas* p. 179. oppidum in *Paritacene* ultima idem quod 336. *m.* *Tabæ* *Perfidis* oppidum *Paritacene* five *Paratacinæ*, ut refert *Ptolemæus*, *Perfidis* pars est versus *aquilonem*.

*Tabense*

## INDEX GEOGRAPHICVS.

- Tabenses* pag. 299. f. in finibus Pisidarum, ex urbe Tabæ, quæ videtur esse Ciliciæ, de qua Plinius.
- Tabera* pag. 15. f. in vulg. editione Num. 11. vers. 3. *oocavitaque nomen illius incenso* idem aut proximus loco Sepulchra concupiscentium dicto. v. Ribroth-Hattaavali.
- Tres Tabernæ* pag. 677. m. locus in Latio, inter forum Appii & Romam; civitas postmodum Episcopalis, nunc vicus.
- Tabrafi* pag. 199. v. Præfii.
- Tenarus* pag. 213. f. Laconicæ urbs in Promontorio cognomine totius regionis Australiori, urbs olim Cæneopolis dicta; hodie *Maina*. Promontorium. *Capo Macapan* sive *Maina*, portus urbis *Porto delle Quagliè*.
- Tapanthesus* 75. m. vide Daphnæ Pelusiæ.
- Talaura* plur. num. pag. 417. m. f. & 432. f. urbs, quæ Cappadociæ fuisse creditur, in finibus Ciliciæ.
- Tammacum* alias *Tamnacum* pag. 586. oppidum felicitis Arabiæ, a Gallo dirutum.
- Tanaïtica* regio pag. 440. f. circa Tanaim fluvium supra Mæotidem Paludem, nam Tanais fluvius Europam ab Asia determinans, & è Moschicis montibus nascens, atque oblique in meridiem per Sarnatiam currens, magno impetu & aquarum vi plurimâ Mæotim paludem ingreditur; non omitrenda Evagrii verba lib. 4. Historiæ Ecclæs. cap. 21. *Tanaïm appellant indigena amnem illum, qui ex Mæotide palude in pontum Euxinum influit, à Tanai fluviò in Mæotidem paludem se exonerante.* Hic autem à nobis vocatur Bosphorus Cimmericus.
- Tanaïs* pag. 185. f. fluvius, non ille, qui Europam ab Asia determinans, in paludem Mæotidem delabitur, sed Jaxartes Plinius lib. 6. capite 16. à Scythiis Sylin, à finitimis Orxantem appellari Aristobolus dicit. in Plutarcho Orexartes; qui ab ortu in occasum defluens, sese in Caspium mare exonerat, fuit quoque à Scythiis *Schyttim* dictus. asseverat Niger nunc *Chefel* vocari; & ab incolis *Organz*.
- Tanape* pag. 586. v. Napata.
- Tapiri* pag. 190. m. & Tapuri pag. 181. f. nec non Tapyri pag. 212. f. populi majoris Asiæ; Apyri dicti à Strabone, ut asserit Eustathius, sed nunc in textu Strabonis lib. 11. pag. 354. legitur Tapyri, illos Parthiæ ascribit; prius Mediæ fuisse asfirmans, deinde *Tappros habitare ferunt post Hyrcanos & Derbicas.* in Media illos collocat Ptolemæus.
- Tarentum* pag. 89. m. urbs, quæ etiam Oebalia dicta; magnæ Græciæ in Salentinorum confinibus, atque in terra Hydruntina, maritima ad sinum ab ea Tarentinum dictum: hodie ab Italis *Tarento* a Gallis *Tarente*.
- Tarentini*, hujusce urbis incolæ.
- Taricha* oppid. pag. 226. oppidum, quod urbi Cyrenes Libyæ vicinum videtur.
- Tarichea* pag. 521. & Tarichæa pag. 476. m. urbs Galilææ inferioris, quæ etiam Tarrachia dicta, in tribu Issachar sita in monte; ad litus maris Galilææ, a Tiberiade triginta stadiorum itinere distans, versus Meridiem.
- Tarraco* pag. 508. m. & 583. m. & Tarracona, colonia olim & urbs Hispaniæ citerioris, quæ Hispaniæ Tarracoenfi regioni nomen dedit, nunc vulgo *Tarragona*, in Cathalonia.
- Tarsus* pag. 47. f. quæ & Tarfos, Tharsus, ac Tersus; vocabatur autem, ut asserit Stephanus Byzantius, &
- Crania, & Hiera, atque Antiochia, eratque Argivorum colonia; urbs notissima Ciliciæ, quam medius interfuit fluvius Cydnus, non procul à suis ostiis, fuit postea Juliopolis appellata pag. 516. hodie vulgo *Tarsum*; & *Tersis*, à quibusdam *Tarsis* incolis *Tarassa*.
- Tarsensis* pag. 316. prælaudatæ Tarsi incolæ.
- Tarsessus* pag. 63. f. ultra Hercules columnas; hinc constat fuisse urbem Hispaniæ, circa ostiâ Bætis fluminis & Gadibus (si non ea sit) proxima; in assignando hujus urbis situ variant auctores, etiam Hispani.
- Tavara* pag. 646. f. collis apud juga Tauri montis, prope Ciliciam asperam.
- Tauri* pag. 408. populi Chersonesum ab eis Tauricam dictam incolentes, vide supra Chersonesus Pontica.
- Taurominium* pag. 371. m. & Tauromenium: Urbs Siciliæ insulæ ad litus orientale, mari Siculo sive Jonio exposita: hodie vulgo *Taormina*; in valle di *Demonæ*.
- Taurus* pag. 453. f. castellum & latronum receptaculum in Jerichuntis ingressur. v. Jericho.
- Taurus* mons pag. 171. & 211. celeberrimi Asiæ montes, à Lyciis in orientem usque ad Indiam protensi; qui pro regionum varietate variis donantur nominibus; nominis rationem ab immensa magnitudine ortam asserit Stephanus Byzantius veteres enim res mole magnas Tauros solebant nominare.
- Tauri pylæ* pag. 480. m. in Ciliciæ confinibus, ubi Pylæ Ciliciæ, de quibus supra.
- Taxila* pag. 195. urbs Indiæ atque urbium, quæ inter Indum & Hydaspem sunt, maxima; a qua Reges hujus Regionis Taxiles sunt appellati; populi etiam Taxili dicti.
- Taygetum* pag. 485. sive Teigetum Laconicæ mons, ad cujus radices sita erat Sparta civitas, ut ait Strabo lib. 8. pag. 250. nunc vulgo *Portes*, sicque *Taygeti Juvenis* id est Spartani Juvenes.
- Tectosages* Galli pag. 281. ex Europa acciti & Tectosagi pag. 269. m. in Gallia populi erant, superioris, quæ nunc, Occitaniæ, qui Volcæ Tectosages, quorum Caput Tolosa civitas; Galatiæ in Asia minori partem incoluerunt, quæ Haly fluviò erat ad occasum.
- Teo* sive Teium p. 80. & Teia urbs p. 117. m. prius Athamantis dicta, urbs Asiæ minoris, in media Joniæ ad mare *Ægæum*, quam Strabo lib. 13. pag. 443. in peninsula sitam asserit, hinc nonnulli illam inter insulas numeraverunt.
- Teii* pag. 81. & Tii 141. hujusce urbis incolæ.
- Teium* in Ponto pag. 171. m. & 505. f. vide supra Pium.
- Tegeates* pag. 114. incola regionis, sive urbis Arcadiæ, queis nomen Tegea, Pausanias in Arcadicis p. 274. dicit hanc regionem novem constare vicis, ad limites Argolidis & Laconicæ: hodie vulgo *Muebli*.
- Tekoitana* vidua p. 50. f. in vulg. editione 2. Reg. 14. v. 4. mulier Thecutis; & Tekoanus pag. 44. ex urbe Thecua & Thecua; in tribu Juda, ætate S. Hieronymi vicus erat, nono ab Ælia milliario.
- Telichon* pag. 402. m. urbs Moabitica, ut ait Josephus lib. 13. Antiquit. cap. 23.
- Telmiffus*. vide Thelmiffus.
- Temnus* pag. 351. & Temnum oppidum p. 141. m. urbs Æolidis in Asia minori sita, ut ait Strabo lib. 13. pag. 426. ad montana, quæ supra Cumanum, Phocæum & Smyrnæum jacent, per quæ Hærmus fluit: prope

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Tennum** colebatur Apollo Cynius.  
**Tennius**, prælaudatæ urbis incolæ.  
**Tenedus** p. 95. & 403. f. insula Helleſponti, ubi *Ægæo* mari jungitur è regione Sigæi promontorii Troadis olim *Leucophrys*: hodie adhuc *Tenedo*.  
**Tenedii** pag. 143. m. præallatæ Tenedi insulani.  
**Tenus** pag. 536. Insula una Cycladum, in *Ægæo* mari, Insulæ Delo ad Septentrionem: hodie etiam *Teno* nominata.  
**Tenii** pag. 100. m. prædictæ insulæ incolæ.  
**Tephan** pag. 348. in vulg. edit. 1. Machab. 9. vers. 50. Thopo, 519. in codice græco, una è civitatibus, quas *Jonathas* extruxit & munivit in Judæa.  
**Termessus** pag. 233. urbs Pisidiæ, quæ & *Termessus*, in Carbalia haud procul à Lyciæ & Pamphyliaë confinibus.  
**Termessenses** pag. 299. cives prælaudatæ urbis.  
**Terracina** pag. 617. m. urbs Latii antiqua, sita super montem, haud procul à mari à Volscis Anxur appellata, quam aliqui Campaniæ tribuunt; hodie in planitie condita apud *Aufente* sive *Baudino* fluvium; vulgo *Tarracina* & *Terracina*.  
**Terum** pag. 306. f. ad Pontum oppidum lege *Tejum* & v. supra *Pium*.  
**Teuchira** p. 226. ipsa est *Arsinoe*, una è quinque urbibus Pentapoleos regionis in Libyæ Cyrenaica, de qua *Ptolemæus* lib. Geogr. 4. cap. 4. maritima ad Libycum mare, inter *Berenicem* & *Ptolemaidam*.  
**Teucherita**, præfatæ urbis cives.  
**Teucris** p. 94. priscum nomen Trojanorum, nam Troja de qua infra, prius *Teucris* appellata fuit.  
**Teuthrania** p. 134. f. Myfiæ in Asia minori civitas, ut refert *Stephanus Byzantius*, quam *Strabo* lib. 13. p. 423. ait sitam inter urbes *Elæam*, & *Pitanen*, *Atarneumque*, & *Pergamum*, & ab unaquaque earum amplius 70. stadia distantem, intra *Caicum* fluvium.  
**Thabor** pag. 280. sive *Atabyrium*, & ut apud septuaginta Interpretes, *Itabyrium* & *Itaburius* mons *Josepho*, quem *Polybius* *Maftoim* vocat, mons in tribu *Zabulon*, in medio *Galilææ* campo.  
**Thabath** pag. 16. f. apud septuag. Interpretes *namob*, vigesima tertia mansio filiorum *Israël* in deserto, inter *Maceloth* & *Thare*.  
**Thamna** pag. 521. &.  
**Thamnatha** pag. 348. quæ etiam *Themna*, civitas primum sortis tribus *Juda*, quæ cessit postea *Tribui Dan*: hodie *Thimin*.  
**Thamneria** p. 126. m. urbs Medorum Prope *Cadusios*.  
**Thapacus** p. 138. m. & p. 171. m. passim male *Thrapacus* legitur. ipsa est *Thapha* de qua 3. Regum c. 4. v. 24. urbs Syriæ ad *Euphratem* posita, juxta quam olim pons fuerat, ut ait *Strabo* lib. 16. pag. 514. hodie *Bebech*, ut vult *Thevetus*.  
**Thapsus** pag. 506. urbs Africaë maritima, juxta lacum cognominem, inter *Adrumetum* & *Ruspam* cum portu, in *Byzacena* regione; hodie vulgo *Africa* vocatur, sive *el Madia*, in regno *Tunetano*.  
**Thapsus** pag. 248. locus apud *Bosphorum Cimmerium*; idem mihi videtur cum *Thapso*, quem *Stephanus Byzantius* vocat *Chersonesum* in *Isthmi angustis*, hæc verba subobscura *Deo dante* alibi explicabimus.  
**Thara** pag. 178. f. vicus *Parthorum* vel potius *Dara*; qui a nonnullis *Tanea* vocatur.  
**Thara** p. 16. f. in vulg. Editione *Num. 33. v. 27.* Thare vigesima quarta Statio filiorum *Israël* in deserto, inter *Thahath* & *Methca*.  
**Tharabasa** pag. 441. una ex urbibus, quas *Alexander Jannæus* Arabibus eripuerat.  
**Thasus** p. 122. f. & 290. f. & *Thassus* pag. 291. Insula maris *Ægæi*, prius *Ætia* dicta, *Thraciæ* vicina, prope ostia *Nessi* fluminis, circa *Strymonicum* sinum, urbem habens cognominem, ab insula *Lemno* 5. millia passuum distans: hodie adhuc *Tasso*.  
**Thasi** p. 96. & alibi passim, Insulani prælaudatæ insulæ.  
**Thasus** pag. 126. urbs *Cariæ*, de qua solus *Diodor.* pro *Thatis Cedrenenses* legendum observat *Usserius*.  
**Theanum** pag. 515. & *Teanum* urbs Italiaë, quæ cognomento *Sidicinum*, in *Campania*, in *Colle*, colonia olim, nunc *Thiano* & *Tiano*, in *Terra Laboris*.  
**Theba** pag. 18. *Ægypti* Superioris civitas *Thebaidis* caput & metropolis, quæ alias *Diospolis*, & à centum portis *Hecatompulos* appellata, ad *Nilum* fluvium: hodie vulgo *Teves*.  
**Thebai** pag. 403. hujus urbis incolæ.  
**Thebani** pag. 10. f. & p. 140. f. ex *Thebis*, *Bœotiæ* in *Græcia* urbe quæ à *Dicæarcho* magnæ *Thebæ* appellatur; *Strabo* l. 8. p. 267. dicit *Thebas* *Dircæas* à *Dircæ* fonte, & *Alopides* ab *Asopo* vicino fluvio cognominatas; sita erat in *Planicie* ad *Ifinenum* amnem: nunc vicus vilis vulgo *Stives*.  
**Thebais** sive *Ægyptus superior* pag. 6. f. regio amplissima ad *Austrum* & *Æthiopiæ* versus.  
**Thebes** Campus p. 140. ubi *Diana Aftyria* & p. 286. m. atque p. 296. m. in *Asia* minori in *Myfia*, a *Thebe* urbe *Adramyttio* vicina.  
**Thebezum** p. 25. in vulg. editione *Judic. 9. v. 50.* oppidum *Thebes*; civitas cum turri in medio, erat in dimidia tribu *Manassé* quæ cis *Jordanem*, ætate *S. Hieronymi* vicus.  
**Thecoa** desertum pag. 347. f. circa urbem *Theciam*, vide verbo *Tekoitana*.  
**Thelmissus** melius *Telmessus* p. 361. m. & *Telmessus* p. 301. f. urbs *Lyciæ* parum ab ostiis *Xanthi* fluminis distans, quam *Strabo* l. 14. p. 457. *Lyciæ* attribuit cum *Promontorio cognomine*; ibi portus tutissimus. *Stephanus Byzantius* in *Caria* ponit, forsitan quia ultima erat urbium *Lyciæ* prope *Cariam*.  
**Thelmissi** pag. 161. *Telmisæi* & *Telmisenses*; gentilia prælaudatæ urbis nomina.  
**Themiscyra** pag. 415. *Scylax* in *Periplo* asserit fuisse urbem, in *Regione Asiæ* minoris *Assyriæ* nuncupatâ, ad litus *Euxini Ponti* & *Thermodonti* flumini ad occasum. *Strabo* l. 11. p. 378. de ea, tanquam de regione *Cappadociæ* loquitur. *Themiscyra*, inquit, *Planities est, quæ ab altera parte mari alluitur ad sexaginta stadia ab Amiso*. *Amazonum* olim domicilium; urbs hodie *Livio* aut *Themir* appellatur, sive *Temisera* aut *fanagoria*, ut vult *Pinetus*.  
**Themiscyrenses** hujus sive urbis sive regionis incolæ.  
**Theodosiani** p. 418. f. incolæ civitatis *Theodosiæ*, quæ in *Taurica Chersoneso* maritima, ad *Pontum Euxinum* & *Istiani* fluvii ostia, hodie *Cassa*, seu potius *Tusba* minoris *Tartariæ* caput, fuit olim à quibusd. *Authoribus* *Theodosia* appellata.  
**Θησῶν** pag. 447. vide infra *Theuproſopon*.  
**Thera** insula pag. 63. m. quæ  
**Theramene** pag. 289. m. insula una *Sporadum* in mari *Cretico* alius ad meridiem, quæ & *Calliste* fait appellata: hodie *Gozi*, ut asserit *Marius Niger*.  
**Therai** pag. 63. præfatæ insulæ incolæ.  
**Therasia** pag. 287. m. Insula pariter una *Sporadum*, *Theræ* vicina versus occidentem, in mari *Cretico*:

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- hodie *Santerini*, cum minore insula Therasia minor dicta, quæ postmodum à maiore avulsa fuit, sicque unica in duas divisa.
- Thermaicus** sinus pag. 105. *m.* pars maris *Ægæi*, five potius Macedonici, undique Macedoniae partibus conclusus, in cuius intimo recessu sita Thessalonica, à qua Thessalonicensis est appellatus: hodie *Golpho di Salonichi*.
- Thermodon** pag. 182. & **Thermoodon** pag. 408. fluvius Cappadociae sese in Pontum Euxinum exonerans; cui ad Occasum regio, quæ Pontus Galaticus, ad ortum Pontus Polemoniæ. Scylax in Periplo illum in Assyria minoris Asiae regione collocat; Strabo lib. 12. pag. 378. ei ad occidentem Themiscyram regionem dat, ad orientem regionem Sidenam; nec dissentiunt authores isti; circa hunc fluvium olim habitavere Amazones. Marius Niger ait nunc *Pormon* appellari.
- Thermopyla** pag. 99. *m.* five simpliciter *Pylæ*, angustiae five Angusta via; viginti & quinque tantum pedes lata; sub radicibus Oetæ montis, ubi à Phthiotide regione ad Locros Epicnemidios transitur; in Græcia, haud procul à Maleæ sinu: hodie *Bocca di Lupo*.
- Thermopyletana** pugna, ad Thermopylas, ubi Leonidas Spartæ Rex cum 300. militibus toti Xerxis exercitui restitit.
- Thesmophorium** pag. 285. locus apud Alexandriam Ægyptiam.
- Thespienses** pag. 100. qui ex urbe Thespiæ nuncupatà, quæ in Bœotia ad radices montis Heliconis versus Austrum, ut affirmat Strabo lib. 9. pag. 282. haud procul à Crisæo sinu, ejus navale erat Creusa: hodie vicus *Thespe* nominatus.
- Thessalia** pag. 97. regio Europæ, quæ, ut refert Strabo lib. 9. in fine, prius Pyrrhæa, *Æmonia*, & *Nesonis* dicta, & *Pelalgia*, ut addit Stephanus Byzant. quæ ut idem Strabo pag. 296. pars Græciæ, ab ortu mari *Ægæo* exposita erat à Thermopylis usque ad Peneum fluvium; à Septentrione Macedoniae habens conterminam, ad occasum vicinos Epiri populos; & Pindum montem, qui eam pariter à meridie terminat sicut & *Dryopes*, & *Ænianes*, & *Loeri*: hodie vulgo *Janna*.
- Thessalus** pag. 128. *m.* Thessaliæ indigena.
- Thessalonica** pag. 270. *m.* prius *Therma*, nec non *Halia* dicta, civitas Macedoniae amplissima, & emporium celeberrimum, in intimo Thermaici five Thessalonicensis sinus recessu, maritima; quam *Zonaras* *Emathiam* vocat: nunc vulgo *Salonichi*.
- Thessalonicensis**, cives prælaudatæ urbis.
- Thesstis** fons pag. 76. prope *Irasam*; ubi postea *Cyrenes* *Libyæ* condita, de qua supra.
- Theudostia** pag. 448. eadem quæ *Theodostia*, vide supra *Theodostiani*.
- Tenprosopon** p. 280. five *Θη προσωπον* pag. 447. Promontorium cum urbe cognomine, in Phœnicia, ad mare Syriacum inter *Tripolim* & *Botryn*: quod faciæm Dei significat. de eo *Ptolemæus* Geogr. l. 5. c. 15. pag. 137. à *Brocardo* *Neuphrus* appellatum.
- Thogari** aut **Tochari** pag. 375. *m.* gens Scythica, intra *Imaum* montem, videntur esse iidem ac *Tachori* in *Ptolemæo*, circa *Jaxartem* fluvium.
- Θύλη** Thule pag. 85. *f.* celebris oceanii Septentrionalis insula; cuius nostri ævi insulæ respondeat disceptant authores: communior opinio est fuisse eam, quæ nunc *Islandi* appellatur.
- Thracia** p. 17. *m.* Europæ regio, habens à Septentrio-
- ne *Hæmum* montem, quo à *Moesia* separatur; ab oriente *Pontum Euxinum* & *Propontidem*, ab Austro mare *Ægæum*, ab occidente *Nestum* fluvium & *Pangæum* montem, quo à Macedonia submovetur; nunc vulgo *Romania*, Europæa *Thracia* appellatur pag. 134. *m.* ut distinguatur à *Thracia Bithyniæ*.
- Trax** pag. 339. *f.* & **Thracæ** pag. 17. *m.* *Thraciæ* populi.
- Thracæ** *Bithyni* pag. 124. & pag. 128. qui ex Europa in *Asiam* minorem transmigrautes, *Bithyniæ* partem incolere.
- Thracæ** *Brygi* pag. 96. potius *Brigi* aut *Briges*; licet *Thracæ* prisco nomine *Brigi* sint dicti; hic tamen intelligendi sunt *Thracæ* Macedoniae contermini, nam *Stephanus Byzantius* observat, quod *Briges* gens *Thraciæ* *Macedones* appellabantur & *Phryges*.
- Thracia** *Cherfonesus* pag. 96. *m.* vide *Cherfonesus* *Thraciæ*.
- Thracia**, quam *Comen* vocant pag. 411. ex *Historia* constat fuisse vicum, cui nomen *Thracia*, *Cyzico* (de qua supra) civitati proximum.
- Thrapfacus** pag. 164. lege *Thapfacus*. v. supra.
- Thrasymenus** lacus pag. 281. *m.* & *Trafimenus*, inter *Perusiam* & *Cortonam*, qui à locis vicinis; modo *Lago di Perugia*, tum *Lago di Prassignano*, & *Lago di Castiglione* appellatur, in *Heccuria*.
- Thorax** pag. 134. mons *Asiæ* minoris prope *Magnesium* quæ ad *Mæandrum*, *Cariæ* urbem, haud procul ab *Ionia*.
- Thurium** pag. 112. *m.* qui prius *Sybaris*, & postea *Copia* dicta; *Italiæ* urbs in magna *Græcia*; penitus excisa, locus est prope sinum *Tarentinum*, in *Calabria* citeriori, inter amnes *Sibari* & *Crates*, etiam adhuc *Sibari rovinata* dicitur.
- Thurini** pag. 118. hujusce urbis cives.
- Thyatira** pag. 286. *m.* civitas *Lydiæ*, quæ, ut refert *Stephanus Byzantius*, prius *Pelopia*, & *Semiramis*, & *Mylorum Eschate* (id est extrema) vocabatur, ad *Lycum* fluvium; nunc vulgo *Tire* vel *Tyre*.
- Thyatireni** campi pag. 297. *f.* circa prælaudatam civitatem.
- Thyniaca** *Thracia* five *Asiatica* pag. 265. *f.* maritima *Bithyniæ* pars quæ
- Thynides** terra *ibid. f.* in *Bithynia* ubi *Thyni* five *Tini*, inter *Propontidem* & *Pontum Euxinum*, ubi *Thracæ* *Bithyni*, de quibus supra.
- Thyræi** pag. 191. *f.* populi *Indiæ*, *Cis Choë* fluvium.
- Thyræus** *Abdemon* pag. 135. legendum reor *Tiræus* ab urbe *Tiræ*; in *Mygdonia* regione *Macedoniæ*.
- Tibareni** pag. 133. & pag. 418. *f.* *Asiæ* minoris populi, quos *Scylax* in *Periplo* inter *Mossynæcos* versus *Orientem*, & *Chalybes* (five *Chaldæos*) versus occidentem ad *Pontum Euxinum* collocat, quorum regio à *Stephano Byzantio* *Tibarenia* nominatur; illos *Strabo* lib. 12. pag. 378. super *Trapezuntem* & *Pharnaciam* ponit, partem *Cappadociæ* maritimam incolabant.
- Tibareni** pag. 481. populi *Ciliciæ* five *Eleutherocilices* ad *Amanum* montem, *Pindenissensibus* finitimi.
- Tiberiadis** lacus pag. 280. v. *Genezareth* aqua.
- Tiberius** urbs pag. 658. *m.* urbs, quæ dicta olim *Cenereth* & *Ceneroth*, in *Tribu Zabulon*, *Galiliæ* aliquando metropolis, & una ex urbibus *Decapoleos*, ad litus maris, cui nomen dedit; vulgo hodie *Tabarie* teste *Nigro*.
- Tiberiensis** *Iustus* pag. 6. *f.* ex hac *Tiberiade* urbe

# INDEX GEOGRAPHICVS.

- Otiundus, ut affirmat Stephanus Byzantius.
- Tiberis** fluvius pag. 343. f. qui etiam Tyberis, fluvius Italiae notissimus Hetruriam olim ab Umbria, Sabiniis & Latio separans, qui Romam alluens, ad ostia ab eo Tiberina dicta mare Tyrrhenum ingreditur; hodie vulgo *il Tevere* Gallis *le Tibre*.
- Tibur** urbs olim Latii, ad Anienem fluvium sita, super collem, nunc vulgo *Tivoli*, 16. Milliariis Romam distans versus Orientem.
- Tigranocerta** pag. 405. f. urbs majoris Armeniae, ad Nymphaeum fluvium, in Assyriae confinibus; creditur fuisse eam, quae hodie *Bilis*.
- Tigris** pag. 62. f. & 83. m. fluvius Asiae celeberrimus, qui e montibus Armeniae erumpens, ad meridiem labitur per Assyriam, illam à Mesopotamia separans, Euphratemque ab occasu recipiens, tandem in sinum Persicum influit; varia habuit nomina, inter quae *Hiddekel* & *Pasitigris*, de quibus supra.
- Timnath-fera** civitas pag. 23. f. quae & Timnathana, in vulg. edit. *Josue* 19. v. 50. Thamnath Saraa, civitas in monte Ephraim, à Septentrionali parte montis Gaas, sub Romanorum Imperio Thamnatica dicta, à Josue condita, in tribu Ephraim, una ex undecim Toparchi in Iudaea.
- Timonius** in obliquo Casu Timonidis pag. 409. f. Regio minoris Asiae. Strabo lib. 12. pag. 387. sic ait *Partem; quae Bithynia est contermina; Timonitem vocant* illa tamen ex Historia videtur Cappadociae versus ortum confinis.
- Timonium** pag. 570. domus in mari; porrecto in altum aggere, ad Pharum, extra Alexandriam ab Antonio constructa.
- Tirathaba** vicus pag. 647. f. apud Garizim montem in Samaria.
- Tiphfachum** pag. 46. col. 2. f. in vulg. edit. 4. Regum cap. 15. v. 16. Thapsa, apud Septuag. Interpretes pro Thapsa legitur Therfa, aut itaque eadem cum ipsa est, aut ei vicina, civitas in dimidia tribu Manasse cis Jordanem.
- Tium** pag. 265. f. & apud Strabonem Teium, urbs Paphlagoniae ad Pontum Euxinum, inter Heracleam & Amastrim ab hac 20. stadia, ab illa 370. distans ad fluvium Bilaei sive Bilis ostia.
- Tiani** pag. 266. m. praeaudatae urbis cives.
- Tirsa** pag. 33. f. & Thyrsa pag. 36. col. 2. f. in vulgata editione 3. Reg. cap. 14. v. 17. & cap. 16. versu 8. Therfa, civitas olim regia postea in dimidia tribu Manasse cis Jordanem, facta est sedes regia regum Israel, usque ad regnum Amri regis.
- Timolus** mons pag. 93. qui Timolus ac Tymolus, nec non Carmanorius; in Phrygia majori situs, apud Lydiae fines cui etiam attribuitur; vulgo *Tomalize*, ut ait Leunclavius.
- Tobi** terra pag. 337. m. & 339. in vulg. edit. Judic. 11. v. 3. terra Tob. regio in extrema parte Galaaditidis, in tribu Gad.
- Tachari**, vide Thogari.
- Toletanus** pag. 546. m. ex Toletum urbe, quae Colonia olim Hispaniae Tarraconensis in umbilico, Carpetanorum caput, ad Tagum fluvium: nunc Toledo in Castella nova.
- Tolistobogii** pag. 269. m. Tolistoboli & Tolistoboi pag. 300. populi, qui è Gallis in Asiam minorem venientes, regionem ejus ab eis Galatiam dictam incolere, de quibus sic Strabo lib. 12. pag. 390. *Tolistobogii contermini sunt Bithyniae & Phrygiae*
- qua Epictetus dicitur; Castella eorum Blucium & Peium.*
- Tomi** in Ponto pag. 611. f. urbs Mysiae inferioris, ad Pontum Euxinum sita, inter Isthopolim ad Boream & Callatiam ad Austrum posita; quam nonnulli nunc *Constantia* nominari putant, alii Aequiori Jure esse *Tomisuar*. Regio vero passim Ponto, passim Mysia, postea Scythia parva, dein Bulgaria nominata fuit.
- Tomite**, hujusce urbis aecola.
- Torone** pag. 320. m. urbs Macedoniae, in Chalcidica regione, maritima ad Sinum ab ea Toronaicum dictum; illam Thraciae tribuit Stephanus Byzantius; hodie *Longo*, ut ait Sophianus, *Castel rampa* vocat Pinetus.
- Toronus** Critobulus origine Chalcidensis pag. 102. m. ex praefata urbe Torone.
- Trachonitis** pag. 423. Trachon pag. 585. Trachonitica pag. 602. & Lysania Tetrarchia pag. 585. m. regio trans Jordanem, in dimidia tribu Manasse, inter Jordanem ad occasum & Arabiam desertam ad orientem, Libano monti & Coelestriae ad Aquilonem contermina, ad Tiberiadis mare usque protenditur, sic dicta, quod locis asperis sive montosis referta sit; Tetrarchia facta.
- Trachonite** pag. 594. & Trachonis incolae pag. 585. ejusdem regionis indigenae.
- Tragia** insula pag. 113. maris Aegaei, quae ex Thucydide lib. 1. pag. 75. videtur fuisse prope Samum & Ioniam. Stephanus Byzantius Tragaeam vocat, Cycladibusque vicinam dicit Strabo libro lib. 14. pag. 437. de Tragaeis prope Miletum loquitur; sed insulae non exprimit nomen.
- Tralles** Ioniae pag. 134. oppidum; & pag. 244. urbs quam Stephanus Byzantius Trallim vocat in Lydia ad Maandrum amnem, quae prius Antheia & Euryymna dicta; illam Plinius lib. 5. cap. 29. Evanthiam, Seleuciam & Antiochiam appellat: nunc *Chora* Marius Niger.
- Trallianus** 244. m. praefatae urbis civis.
- Transannenses** pag. 659. f. Judaei trans Jordanem amnem habitantes; inter Jordanem & Arabiam.
- Trans Euphratem** Armenii pag. 486. f. populi majoris Armeniae, de qua supra.
- Trans Euphratenes** regiones pag. 262. f. sive *ra avo ibi*, nationes, quae in superioribus regionibus sunt; id est in Mesopotamia & majore Armenia.
- Transfluvialis** pag. 53. col. 1. m. rex Assyriae in vulg. edit. *Hayæ* 7. v. 20. legitur, *his, qui trans flumen sunt*; hoc nomine Euphrates fluvius intelligitur, de quo supra.
- Trapezus** pag. 133. & pag. 448. f. quae prius Oezenis dicta, urbs quam Scylax in Periplo apud Macrocephalos populos collocat, Graeca urbs in Colchorum regione posita in Xenophonte; ad lictus Ponti Euxini sita est, ad Cappadociam spectans, in confinibus Colchidis & minoris Armeniae: nunc vulgo *Trebizonde*.
- Trax** pag. 453. f. castellum & receptaculum latronum, in Jerichuntis ingressu, de qua supra.
- Trecentis** p. 155. m. ex urbe, quae Trece, quaeque olim Augustobona, Tricasses, & Augusta Tricassinorum in Galliarum provincia Lugdunensi quarta, super Sequanam fluvium; hodie *Troyes*, in Campania.
- Triballi** p. 158. populi Moesiae inferioris, inter Istrum fluvium ad Aquilonem, & Hannum montem ad

INDEX GEOGRAPHICVS.

- Austrum, Ciabrum fluvium ad ortum, Dimensios & Læstas populos ad occasum; qui cum illis Bulgari appellantur; & adhuc hodie Bulgaria regio.
- Trieris** pag. 280. urbs Phœnicia circa Berytum & Byblum, de qua Polybius Histor. lib. 5. pag. 412. illam Syriæ urbem dicit Stephanus Byzantius.
- Triopium** pag. 95. *m.* urbs Caria cum promontorio cognomine, quod idem nomen mari vicino indidit, prope Cnidum versus Aquilonem; promontorium hodie *Capo Chio* vocatur.
- Tripardisus** pag. 224. *f.* & pag. 229. *m.* urbs Syriæ superioris, quæ in Commagena fuisse videtur, diversa proinde à Paradiso urbe, de qua Ptolemæus.
- Tripolis** pag. 164. *m.* Phœnicia pag. 344. Syriæ; urbs Phœnicæ, sic vocata, inquit Stephanus Byzantius, eo quod ex tribus urbibus habuit Colonias, videlicet ex Arado, Tyro & Sidone, maritima & emporium olim celeberrimum, sub Libano monte; nunc ab incolis *Tarabolos* dicitur, ut asserit Gabriel Sionita cap. 10.
- Tripolitanus**, ejusdem urbis incola.
- Tritonis** palus pag. 493. *f.* in Africa ad præterfluentem Tritonidem annem, qui apud Syrtim minorem mare Africum ingreditur: hodie *Lago di Caps* Mar-molio.
- Troas** pag. 73. *m.* regio & urbs, p. 94. Asiæ minoris, olim pars Phrygiæ; ipsa est, quam Stephanus Byzantius Trojam vocat, quæ, ut ait, prius Idæa, postea Teucris, deinde Troja, tandem Troas, excidio urbis Trojæ notissima, fuit etiam eod. authore Teste Trojas, & Dardania & Xanthe dicta.
- Troadensis** pag. 271. *m.* hujusce tum urbis, tum regionis indigena.
- Trocmi** pag. 269. *m.* populi Galliarum, qui in Asiam minorem transeuntes; partem regionis ab eis Galatiam dictam incolere, de his Strabo lib. 12. p. 390. *Sic Trocmi Ponto & Cappadocia confinia possident...* tria ipsis sunt castella muris cincta Tavium—Mithridatium—tertium Danala.
- Troglodyte** pag. 560. *m.* Troglodytici p. 273. *m.* qui etiam Succæi p. 34. col. 1. *f.* populi quorum
- Troglodyce** pag. 585. regio Africa sive Egypti ad litus Occidentale sinus Arabici, à Ptolemæide Ferarum, quæ nunc *Suaquen* ad promontorium Aromata dictum; quod hodie *Cap de Gardafux*: hoc litus vocatur *d' Abex* sive *d' Abexim* partque Orientalis est Imperii Abyssinorum.
- Troja** pag. 26. à Græcis expugnata anno mundi 2820. vide supra Ilium.
- Trojana** clades pag. 11. expugnatio Ilii.
- Tsalmona** pag. 18. *f.* in vulg. edit. Num. 33. versu 41. Salmona, trigesima quinta mansio filiorum Israel in deserto, inter montem Hor & Phunon; in finibus terræ Edom.
- Tubiens** pag. 337. *m.* & 339. in vulg. edit. Machab. 2. cap. 12. v. 17. in Characa ad eos qui dicuntur *Tubianos Judæos*. terram Tobi incolentes, de qua supra.
- Tuitiensis** pag. 373. *m.* ex pago, cui nomen Tuitium, in Germania contra Coloniam Agrippinam, ad Rheni ripam ulteriorem, vulgo *Deusch*.
- Turris Stratonis** pag. 381. *m.* vide supra Cæsarea; fuit quoque apud Hierosolymam turris altera Stratonis agnominata.
- Tuses** pag. 217. *m.* populi cujus regio pars erat Hetruria; de qua supra.
- Tuscum** mare pag. 217. *m.* sive Tyrrenum pars Me-
- diterranei maris, quæ Italiæ est ad meridiem, littoribus insularum Siciliae, Sardinia & Corsica inclusa; quæ etiam mare Inferum appellatur.
- Tusulanum** pag. 470. ubi agitate Tusculanae quæstiones pag. 456. *f.* villa Ciceronis; in Latio, quam Cluverius infra Tusculum (*Frascati*) collocat versus meridiem ad aquam Crabram; non ut alii, in loco *S. Maria di Grotta Ferrata* dicto.
- Tusculani** mons pag. 468. *m.* prope Tusculum vetus, inter ipsum & montem Albanum ad cujus radices est urbs vulgo *Frascati* quam Cluverius contestatur diversam à Tusculo vicino.
- Thyanens** Diodorus pag. 591. *m.* Stephanus Byzantius asserit Tyanam urbem mediam fuisse inter Ciliciam & Cappadociam, & sub Tauro monte positam, juxta Ciliciæ portas (de quibus supra) & Thoonam etiam appellari.
- Tyba** pag. 479. locus ultra Euphratem, eique vicinus, in Mesopotamia.
- Tybarne** pag. 138. *m.* urbs eadem sane, quæ apud Stephanum Byzantium Thybrara Lydia, haud procul à Pactolo fluvio, Sardinum civitati ad meridiem.
- Tyla** pag. 266. *f.* Tylis Stephano Byzantio, urbs Thraciæ, Hæmo monti vicina.
- Tylus** pag. 219. *m.* Insula in sinu Persico, unius diei ac noctis navigatione ab Euphratis (sive Tigris) ostio distans; quæ à Strabone, Stephano, Eustathio & aliis Tyrus appellatur, in mari rubro; de illius situ authorum varias opiniones, & ejus amplam descriptionem habet Bochartus parte 2. lib. 1. cap. 45.
- Typhosis** exhalationes pag. 467. v. Barathra.
- Tyrreni** pagina 81. populi Tyrreniæ, vide supra Hetruria.
- Tyrsa**, vide Tirla.
- Tyrus** pag. 18. & 165. *f.* civitas in tribu Afer maritima, super rupem structa, quæ, quia mari undique cincta, à Stephano Byzantio insula asseritur, totius Phœnicia metropolis; Sarra quondam dicta, & *Sur* etiam nunc appellatur. Priore sua insula postmodum non contenta, continens effecta terminos suos ita dilatavit, ut Plinii ætate oppidum ipsum 22. stadia obtinuerit, circuitus 19. passuum millia, intra Palætyro inclusa.
- Tyrii**, prælaudatæ urbis incolæ.
- Tyrus** pag. 305. castrum munitum trans Jordanem, in finibus Arabiæ & Judææ trans Jordanensis, non procul regione Hessebonitide positum.
- Tysson** vicus pag. 300. minoris Asiæ, haud procul ab Alandro flumine, in Phrygia, ut videtur, majori.
- Tzinis** desertum pag. 18. *m.* in vulg. edit. Num. 20. v. 1. *desertum Sin* & cap. 33. v. 36. *desertum Sin hæc est Cadés*; vide supra verbo Sinis desertum.

V.

- V** Angiones in præfat. Populi Germaniæ superioris, ad Rheni fluminis ripam sinistram & occidentalem; quorum Caput Bormitomagus olim, quæ nunc Wormatia; vulgo *Worms*.
- Velia** sive Hyela in agro Oenotriæ pag. 81. quæ etiam Helea, urbs Lucaniae, maritima, ad maris Etruscæ sinum Eleatem, ubi nunc oppidum *Pisciora* dictum, in principatu citeriotti.
- Veneti** pag. 399. populi Italiæ; quorum caput Venetiæ sive Venetiæ urbs, post Aquileiæ excidium ex-

tructa.

# INDEX GEOGRAPHICVS.

tracta, inter stagna Hadriatica, super palis in terra sub aqua defixis, nunc emporium celeberrimum & suæ Republicæ caput vulgo *Venise*; veteres olim Venetorum termini à Septentrione Rhætia à qua Alpibus separabatur, ab Oriente Istria & mare Adriaticum, ab Austro Flaminia inter utramque decurrente Pado fluuius; ab occasu Insabria; nunc alios habent terminos.

*Veronensis* pag. 591. f. ex urbe Italiae Verona, quæ Colonia olim & urbs Cenomanorum, ad Athesim fluuium; nunc adhuc *Verona* in Venetorum dominio.

*Vienna* Gallia pag. 610. f. sive Vienna Allobrogum, olim Viennensis Provinciae metropolis, ad Rhodanum fluuium, ubi Gera *Gere* fluuius illam ingreditur: hodie *Vienna* in Delphinatu.

*Ulatia* pag. 588. m. apud Josephum Antiquit. lib. 15. cap. 13. pag. 543. *Ulatia*, urbs inter Trachonem id est Trachonidem & Galileam; videtur fuisse in Auranitide, quam Octavianus Augustus Zenodoro ademptam dedit Herodi; sicut Ulatiam ac Paneadem.

*Ulais* fluuius pag. 71. & 79. sive Eulæus & Eulæus; in vulg. edit. *Ulai*. fluuius Persidis, qui apud Herodotum lib. 5. Choaspes, quique ortus in Medis, in Austrum decurrens, Susa urbem circumfluit, cujus una portarum à fluuiio, porta Ulai dicebatur; fluuius vero Susianam regionem ab Elymaide determinans, in sinum tandem Persicum aquas evo- mit.

*Ur Chaldaeorum* pag. 3. f. apud Septuaginta Interpretes Gen. 11. versu 31. pro his verbis legitur è regione *Chaldaeorum*; quæ regio Mesopotamiæ erat, ut constat ex Act. cap. 7. versu 2. sub ditione haud dubie Chaldaeorum, Castrum nihilominus ad Tigrim erat *Ur* appellatum, ut constat ex Ammiano Marcellino.

*Uria* pag. 250. sive *Uria* urbs Cypri insulae, in ora Septentrionali, urbi Carpathiae vicina, forsitan *Uria* Ptolemaei.

*Vilpa* urbs alias Vilpa, pag. 663. f. loco edita, mœnibus ac fossis munita, apud Siracos, de his supra.

*Vilpenses*. ejusdem urbis cives.

*Vicia* pag. 506. f. quæ & Ityca, urbs & colonia Africae, maritima; ex authoribus, potiores credunt fuisse, ubi nunc urbs *Bensert* appellata.

*Vicensis* pag. 447. m. gentile nomen hujusce urbis.

*Vuchus* pag. 164. m. duorum Stathmorum intervallo ab Amanicis portis versus Thapsacum, in Syria idem locus, qui supra Sochos.

*Vorianum* regio pag. 176. m. & *Uxiani* pag. 216. non, ut, ibi legitur, Auxiani; finitima Susis versus Orientem, quæ à Strabone lib. 15. pag. 501. *Ouzia* *Vxia* prope Persidem, cui est ad occasum, & Elymaeos versus Aquilonem.

## X.

*Xanthus* urbs pag. 161. & 290. m. urbs Lyciae maxima, ad Xanthum fluuium 70. stadia ab ejus ostiis, de qua Strabo lib. 14. pag. 418. hodie vulgo fluuii nominibus donatur, *Sirbi* & *Santo*.

*Xanthus* pag. 161. Lyciae fluuius, qui ab ejus finibus Septentrionalibus prope Cabyra nascens, & in Austrum defluens, urbem cognominem alluit, &

ab ea ad 70. stadia mare mediterraneum ingreditur; fuit etiam *Sirbis* dictus; hodie *Santo*.

*Xanthii* pag. 306. f. prælaudatæ urbis cives.

*Xathri* pagina 204. f. gens Indorum libera, circa Indum, ut videtur, fluuium ejusque partes superiores.

*Xenippa* regio pag. 189. majoris Asiae Scythiae confinis; inter eam, ut videtur, & Sogdianam.

*Xylenopolis* pag. 209. urbs ab Alexandro condita, in Pattalena, ut verosimillimum est, regione, & ad Indum amnem; a qua urbe navigationem suam inchoare Nearchus & Onesicritus.

*Xystus* pag. 686. m. apud Hierosolimam civitatem, Porticus atrii gentium in templo, in modum pontis lapidei, super plateam publicam, per quam à palatio Pilati in Antoniam arcem, & inde in templum transitus erat.

## Z.

*Zabadai* pag. 361. vide Nabathæi.

*Zabulon* tribus pag. 26. & Zabulonis terra & Zabulonis tribus pag. 54. f. una è tribubus filiorum Israel, sita in Galilæa inferiori, à Mari magno occasum versus, ad mare Galilææ versus ortum protensa, habens conterminas ad Aquilonem tribum Aser & tribum Nephthali, ad meridiem vero tribum Issachar.

*Zarangai* vel *Zarangi* pag. 206. m. vide supra Drangæ.

*Zariafa* pag. 188. m. vide Bactra.

*Zara* pag. 402. m. urbs Moabitica, quam Alexander Jannæus Arabibus eripuerat, forsitan ad torrentem Zared, in tribu Ruben Moabitudine regione.

*Zaris* pag. 128. urbs, quæ, ex Ctesia histor. Mediae, aut regionis vicinæ.

*Zebulunis* tribus v. supra Zabulon.

*Zela* pag. 31. & pag. 432. urbs Ponti Polemoniaci Sacca cognominata, quia, ut ait Strabo lib. 11. pag. 352. à Sacis condita, de ea idem fule lib. 12. pag. 385. ubi dicit vicinam regionem Zelim nuncupatam, de ea Ptolemæus Geogr. lib. 5. cap. 16. pag. 126.

*Zenodoria* pag. 470. m. urbs Osirhoenes regionis, in Mesopotamia, prope Nicephorium urbem; à Stephano Byzantio Zenodotium appellatur.

*Zephyrium* pag. 235. m. urbs Ciliciae maritima, cum promontorio cognomine, de quo Strabo lib. 14. pag. 461. ad Calycadni fluminis ostia, inter Celenderim & Corycum; vulgo *Tarsu*.

*Zeredi* torrens & vallis pag. 17. in vulg. editione Deut. 2. v. 13. torrens Zared, vallis in tribu Ruben cum torrente, qui ab ortu in occasum, inter Petram deserti & Dibongad decurrens, mare mortuum ingreditur.

*Zeudracarta* sive *Zadracarta* pag. 182. Hyrcaniæ urbs maxima; Ptolemæus Geogr. lib. 6. cap. 9. pag. 158. Hyrcaniæ regionis metropolim Hyrcaniam vocat; quæ diversa non videtur à Zeudracarta.

*Zeugma* pag. 405. f. & 277. urbs Commagenes regionis, sic, ut refert Theodoretus in SS. Patrum Hist. à Xerxe conditore appellata, quia ibi fluminis Euphratis litora, ponte è navibus facto, junxerat.

*Ziclagum* oppidum pag. 28. m. in vulg. editione. 1. Paralip. 11. v. 1. Siceleg. civitas primum fortis tribus Juda, postea tribus Simeon, in ejus meditullio; possessa nihilominus à Philistæis.



## INDEX GEOGRAPHICVS, &c.

*Zipoetes* pag. 264. urbs Bithynia, quam Stephanus Byzantius Zipetium vocat, ad Lypetum montem sita; de eo supra.

*Zoar*, pag. 4. v. Bela.

*Zoara* pag. 441. m. una ex urbibus, quas Alexander Jannæus Arabibus eripuerat; non inde inferendum fuisse aut transjordanem, aut in Arabia, forsân Zoar, de qua statim, quæ etiam Zooara fuit appellata; à S. Hieron. in 14. Geneseos Zoara.

*Zora* pag. 26. f. in vulgata editione Judic. 16. v. 31. Sarea, quæ & Sara & Sarga, ac Sarea, civitas primum in sorte tribus Juda, sed postmodum tribui Dan data, Samsonis patria; ætate S. Hieronymi, vicus in finibus Eleutheropoleos, contra Septentrionem pergentibus Njeopolim.

*Zoster* Atticæ Isthmipromontorium pag. 100. f. in sinu Saronico sive Salaminiaco; Stephanus Byzantius dicit Zosterem esse ipsum Atticæ isthmum. de quo supra.

*Zotera* lege Zostera pag. 477. f. sic enim legitur apud Ciceronem Epistola ad Atticum 99. libri vero 2. ordine duodecima. hic vero locus idem est cum præcedenti.

*Zuzai* pag. 5. in vulgata editione Genes. 14. versu 5. & *Zuzim cum eis* apud Septuaginta Interpretes & *idm iyyed aua avtois*. & gentes robustas cum eis S. Hieronymus in hunc locum Geneseos dicit dictionem Hebræam *aua avtois* respondentem in eis significare quando per *n he* scribitur; sed ibi per *n heh* scriptam locum significare sicque legit *Zuzim in Ham*. hanc terram Ham sive Hom, (quam incolerunt gentes robustæ sive Zuzai) collocat Adrichomius in parte Australi tribus Gad, inter Dibon & Aroer.

*Zygi* pag. 442. f. gens Asiæ Ponto Euxino adjacens, circa Bosphorum Asiæ, id est Cimmericum, inter ipsum & intimum Ponti Euxini recessum; de his Strabo lib. 11. pag. 339. ubi *Zygi* & pag. 342. ubi & *Zygi* & *Zygi* vocantur, illos inter Achæos ad occasum & Heniochos ad ortum collocat; quibus Pontus Euxinus ad meridiem, & Caucasus mons, ad cujus radices (aut potius in quo) sunt, ad Septentrionem; apud Stephanum Byzantium legitur, *ipsorum videtur fuisse urbs Zygopolis apud Trapezuntem* detrunccatus est textus, & de aliis Zygis est intelligendus.

### F I N I S.

### EXTRAIT DU PRIVILEGE DU ROY.

**L**E Roy par ses Lettres patentes en date du troisième Mars 1669. Signées DENYS & enregistrées sur le Livre de la Communauté des Imprimeurs & Marchands Libraires le 9. Juillet 1671. par LOUIS SEVASTRE Syndic, a permis au Frere AUGUSTIN LUBIN, Prestre Religieux Augustin Reformé, & un de ses Geographes ordinaires de faire imprimer les Ouvrages de *Geographie* qu'il a faits, & qu'il a ramassés; Et défenses sont faites à toutes sortes de Personnes de les contrefaire sous quelque pretexte que ce soit, & ce pendant le temps & espace de sept années, à peine de confiscation de tous les Exemplaires, & de quinze cents livres d'amende & autres peines portées par lesdites Lettres.

Et le R. P. AUGUSTIN LUBIN a cédé & transporté son droit de Privilege de cette Table de *Geographie* aux Sieurs LOUIS BILLAINE & JEAN DU PUIS, Imprimeurs & Marchands Libraires de cette Ville de Paris, suivant & conformément le traité qu'ils ont fait ensemble.